410.

N. Inv. 410

I

Tractatus ꝯtinens aliquot ptes et est de fide et legibus contra Judeos Saracenos paganos ydolatras ~~bti Anshelmi epi~~ Vilhelmi parisien

Vilhelmi Parisiensis tractatus iuxta indicem.

In ordine sapiencialium
diuinalium que scienciarum
istam diuini cultus
vere que religionis sci-
enciam decernimus et
deputamus accepimus
scribere intendimus quatinus locum
obtinere prime ac theologice phi-
losophie prima pars declarat
atque certificat. Huius autem utilitas
et fructus eadem propterea est
que diuini cultus vere que ad
accepte religionis. Omnium enim
vtilitatum vtilitas et omnium
fructuum fructus felicitas
eterna est propter quam omnes
substancie nobiles hoc est ro-
nales et intelligentes create
sunt. Prima igitur nec gressu
nec volatu neque natatu ne-
que alio quocumque modo quam
sacratissimi cultus sui deo al-
tissimo placitis obsequiis
nec alia via nisi sincera et
maculatissima que religione ipsius
hoc est prima ei adheretur et vi-
uitur est possibile venire
ad felicitatem eternam. Nam
festum est huius sacre ac diuina
sciencie que motus istos ob-
sequiorum scilicet diuinorum vere que religi-
onis viam sola aperit et demon-
strat. Fructum et vtilitatem
esse felicitatem eternam. Hec est
cuius solius ignorancia erube-
scenda est. Sicut ait philosophus apu-
leius. Interrogatus enim inquit
an scias statuam facere absque ru-
bore. audebis nescio. et quia
non pudet te non esse significum
idest statuarium. Interrogatus at
an scias bene viuere. non audebis
dicere nescio. Huius ignorancia
adeo vbique dampnata est. ut
omnis nacio illam gladio et igne
extimet et profliget. Cum enim
nihil omne venale sciat ut ita
dicamus viuere scilicet que deo
ipsum. quid est magis maiori
que dampnacione magne culpe
dignum quam ignorancia bene
viuendi. Bene viuere autem est
viuere ut debet. Nichil autem
adeo decet vitam nostram ut
religiositas. Nichil adeo decorum
potest haberi ut illa. et ut ad
vnum dicamus totus et solus
decor vite nostre ipsa est re-
ligiositas. Ipsa eciam est perfec-
cio ad quam nati sumus. que
quidem hic aggredienda est
et continuis profectibus semper
augenda. In futura non prius habet
vitam consummatur eius con-
sumatissima plenitudo. que est
potissima pars glorie ac feli-
citatis eterne. Sicut faciemus
scire cum loquemur de statu
animarum nostrarum post corpora. Do-
tium enim deo viue religionis
consummatio est. et simul beatitu-
dinis et glorie plenitudo.
Prima igitur fides vere re-
ligionis fundamentum est
primaque radix atque principium
diuini cultus vere habemus in
prima parte tractatus istius
fidem que virtus est stabi-
lire ac declarare prime cause

quod que bene viuere

Incipit ordo dicendorum.

prima

ctitudinis et cetera altitudinis
quam habet ad mundane philosophie
disciplinas certas quam comparatione
2m ipsius ad illas ondere / Deinde
causas erroris impietatis secte
tarum que prediximus aperire / et in
3m mcrare / Tercio platone eius
et multi aput deum patefa
4m ciemus / Quarto quod non est fides
nec potest esse nomine fidei dig
na quecumque credulitas non
deo ullo modo accepta / sufi
ciet quam hic stabilire / et de
clarare intendimus / faciemus
etiam sciri cum hijs quia ipsa
fundamentum est vere religio
nis / et diuini cultus principium /
et quia sine fundamento edi
ficare nititur / qui hanc non
piciat / et sine radice fructifi
5m care / qui hanc non prescripsit / De
inde vero quia lex continencia
quedam est / et velut aggre
gacio honestatis / atque reli
gionis / oportebit nos de
clarare legem diffinicione
certissima / partes quoque eius / et nume
6m rum / Deinde que est lex
veritatis / que lex veritatis
et quod illa non est nisi una
et quod illi soli conuenit nomen
legis intencione ac racione
verissima / Et quod illa 3 cum
ctiud quod nec precessit aliud
nec subsequi potest / et quod equi
uoce lex hebreorum / et lex moysi
non ipsa ione leges nominantur
8m Post hec exponemus ea que
videntur absurda / atque ridicula

in lege hebreorum / et dabimus
causas preceptionis et prohibi
9m cionis eorum / Deinde destruc
perfidiam mathometi / et eua
cuabimus promissiones / et co
minaciones / quibus seduxit
gentem arabum / omnium unde
tes non solum ridiculositate
earum / sed etiam impossibilitate /
loquemur etiam cum hijs
de diuersitate legum / et dicemus
quid senserint / et adhuc cetera
senciant philosophi de illa / et de
struemus errores eorum nichilominus /
10m Post hec loquemur de ritibus /
et sacris / et sacrificiis / et de
ydolatria / de cetero vero / et assig
nabimus causas sacrorum / et sa
crificiorum / que imposita fuerunt
genti hebreorum / Assignabimus
etiam unde ortum habuit
ydolatria / et destruemus
errores qui de ydolis / vel
11m fuerunt vel adhuc sunt / Deinde
euacuabimus sacra et sacri
ficia omnium falsorum deorum /
Et faciemus sciri quia ipsa
sunt exectiones facinorum /
et offensiones dei altissimi /
cuius sola pace / et gratia bene
est generi humano / Cuius sola
indignacione male ei esse
potest / Et propter hoc solus ipse
honorificencie ultime cul
tu colendus / Et quod nec
ydola / nec dij quidquam
possunt prestare / et ideo non nisi
frustra et vane coli possunt /
Cum cultoribus suis nec per

desse / nec obesse possit / Et
propter hoc sacris et sacrificiis
solus deus altissimus honoran-
n° dus atque placandus / Promissi-
ue vera assignabimus sacra
quibus deus verissime colitur
que et cultores ipsos faciunt
atque sanctificant deoque ac-
ceptabiles efficiunt / Deinde
vera sacrificia que deum per
semetipsa absque ulla dubita-
tione placant offerentibus / et
stabiliemus hec omnia stabi-
litione cui non erit obviatio
vel contradictio / Et declarabimus
ea declaratione postquam non re-
linquetur locus dubitationi etc.

Incipiamus igitur cum dei ad-
iutorio et dicamus quod / quia
2 fides quam hic stabilire
intendimus verissima ratione
verissimaque diffinitione est
virtus qua ea que ad funda-
mentum religionis pertinent
vere sunt et creduntur. Tunc
quemadmodum enim aliud est di-
ligere aliquem ex ratione suavi-
tatis sive aliud ex suavitate / vel
utilitate / quippe suave est vel
utile diligenti / aliud autem
ex virtute ipsius diligentis /
Sic aliud est credere ex pro-
babilitate / sive ex evidentia
ipsius crediti / aliud ex virtute
credentis / Sic enim probitas
possessoris sui dilectionem
ingerit / et infigit agnoscen-
tibus eam sive credentibus
Et sicut suavitas et utilitas
suavium et utilium dilectionem / et
desiderium sui incitat / et infla-
mant in agnoscentibus et cre-
dentibus eas / Sic probabilitas
et evidentia veritatis fidem
quandam sive credulitatem pro-
babilium et manifestorum ingerit
et imprimit cogitantibus ea
Cum autem quis malo et dilectio-
ne indignum / vel ipsum inimicum
diligit / hoc indubitanter non ex
meritis est / sed contra merita et
hoc est ex virtute diligentis / non
ex aliquo quod sit in ipso dilecto /
Sic cum et sumptibus / et mole-
stia / vel contumelia / vel morbis
ipsa diligitur ex virtute est dili-
gentis / non ex ipsis que intol-
erabilia videntur in se ipsis quod
diligenda sint / Sic etiam cum
improbabilia creduntur ex virtute
credentis est / non ex ipsis / Sicut
enim improbitas non solum amo-
rem non excitat / sed extinguit
etiam / Sic improbabilitas non so-
lum fidem non facit et credu-
litatem non generat / sed etiam
aufert et prohibet / Similiter ergo
virtutis est amare improbum /
seu reprobum / et credere impro-
babile / Nec minoris virtutis est
credere improbabile quam impro-
bum diligere / Exemplum Sicut
est probabile ad intellectum / sic est
lucidum ad visum / Et sicut sua-
ve et utile ad affectum / sicut
calidum ~~ad tactum~~ Et sicut
gelidum ad tactum / sic insua-
ve vel inutile ad affectum /

Et sic improbabile ad intellectum
sicut tenebrosum / vel loque lume
superassumptum ad visum. Sicut
igitur non est vitiosum videre
lucidum quod nullo modo pugnat contra visum / primo modo
omnibus adiuvat ipsum / Sic non
est vitiosum credere probabile /
vel verum manifestum / Et sicut
nec est vile nec magnificum
calere ex calido / vel ad calidum
Sic nec diligere proximum / id est amare
seu desiderare utile / vel planum
Sicut igitur tale contra frigidum
hoc est repugnante frigido
virtutis est / atque vigoris Sic amare improbum / vel reprobum / et
amare / vel appetere / inplanum / sine
molestiam / et inutile / seu dampnosum / Et iuxta hunc modum
credere improbabile virtutis est
atque vigoris Amare enim atque
desiderare utile / vel planum
non est sine nisi de admisso vel
inmisso igne tale. Et hoc opus
nature proprie est / non enim magnale est igni spirituali id enim
admonetur calefacere spiritualiter /
quam igni corporali corporaliter /
Iuxta hunc modum credere
probabile / vel manifestum verum /
nichil aliud est quam videre
lucidum / vel illuminare alicui
de Humanitas enim utilitas / et
magnificentia / tres sunt species
ignis spiritualis / et tres in animabus humanis actiones / seu combustiones efficiunt / [illegible] concupiscentiam carnis / concupiscentiam
oculorum / et superbiam vite /

probabilitas / evidentia

vel melius / luxuriam / avaritiam /
et superbiam / Et hijs tribus
speciebus ignis / ita innati sumus
[illegible] / vel ardere / ut ligna arida igne corporali / et hoc naturali
seu originali corruptione / non
sine creationis institutione /
Sic et probabilitas tenuis sive
aspectus lucis spiritualis est / et
debilis et propter hoc non sufficit
firmare / seu figere apprehensionum
Evidentia aut veritatis fortis
et penetrativa lucidas / seu
luminositas est / et propter hoc figit
et firmat certitudine intellectum /
Sic igitur tres nominate dispositiones ignes sunt ad animum
affectum / sive ad vires motivas
nostras / tam sublimes et
nobiles / quam inferiores / et
ignobiles Sic probabilitas / et
evidentia lucis sunt / vel
lumina ad nostrum intellectum /
et eius ad vires [illegible] apprehensivas / tam nobiles / quam
ignobiles / Manifestum igitur
est quod credere improbabilia
fortitudinis est / atque vigoris nostri intellectus / sicut
amare dampnosa / molesta /
et ignominiosa fortitudinis
est / et vigoris nostri affectus /
Quia igitur multa improbabilia / et ab intellectu humano remotissima pertinet ad
fundamentum religionis
que credi necesse est veram
religionem ingredientibus /

et aggredientibus/ hoc est ad
dentium accedentibus/ Manifestum
est necessariam esse hanc vir-
tutem/ seu fortitudinem intel-
lectus/ que tenebris improbabi-
litatis circumpat/ et firmitat/ et
limpiditate propria ea que illa ab-
scondere contendit lucida et
aperta/ hoc est credita faciat/
Amplius/ Si tota mens huma-
na glorificanda est/ hoc est
gloria felicitatis vestienda/ non
redditur autem gloria/ nisi gratie/
nec preponitur gloria/ nisi quod
prevestitum invenitur gratia/
tota igitur iustificanda est hic ex
necessitate/ sive gratia vestien-
da/ quare et intellectus gratia
hic est seu gratiis vestiendus/
Inter quas palam est primam
esse fidem/ Amplius Si tota
vere est mente humanam re-
ligiosam/ et nichil in ea irreli-
giositatis/ seu prophanacionibus re-
linquitur ergo et ipsum caput men-
tis/ sive oculum/ hoc est intellectum
necesse est esse religiosum/ fides
autem cum necessitate/ aut tota re-
ligio eius est/ aut pars prima
Amplius Eodem iure/ et ex
plene tenetur subditus esse
humanus intellectus deo/ ut
affectus/ et ex debitor est obe-
diencie ad eundem/ Cum igitur
affectus humanus adeo debitor
est obedire deo/ ut contra seipsum
necesse habeat operari operatio-
nes suas/ ut contra seipsam

vel amare/ vel velle desidera-
re/ vel odire/ et etiam contra
seipsum dimicare propter ipsum
necessariis tenetur humanus in-
tellectus/ et operari contra se/ et
pugnare contra se propter ipsum
Nulla autem operatione potest hoc
facere/ nisi illa que est credere
tenetur ergo contra se credere
propter ipsum/ De operationibus eius
intellectus/ solum credere bellum
habet/ Comprehendimus autem
opinari in eo quod est credere/
quoniam credere quedam opina-
ri est/ Credere enim est vehemen-
ter opinari Scire autem non
habet bellum/ propter fortitudinem
et firmitatem suam/ nisi ex
prefixitatem/ Quod ipsa luminis
sitate eius quod est scire/
non tam [illegible]/ quod dissolvitur
ut nebula/ et evanescit ut
illusio/ et fantasma/ Quod
vero ipsum cogitare bellum
habere videtur/ propter cogita-
tiones que improbissime se
ingerunt/ quod evidentissimum
atque divinissimum est in cogi-
tacionibus blasphemie/ Et
simili propter cogitaciones
inmundas/ ac iectas/ que in-
terdum multa difficultate/
et vix obtineri possunt/ ita
ut propter hoc deum videatur
illud quod legitur in 3o 2
ad Cor Non quod sufficien-
tes simus aliquid cogitare

Quid sit credere

a nobis quasi ex nobis / Et
venera ipm cogitac / quia vo
luntarium est / ideo et bellum hec /
et bellum est / Dare aut non
videtur esse voluntarium post
quam est / licet eius acquisitio
voluntaria sit / In eis enim que
per se nota sunt / et maxime in
primis impressionibus / non est in
libertate arbitrij nec in libera
potestate nostra scire vel non scire /
propter proximitatem ipsorum ad intel
lectum nostrum / et propter vehementem
impressionem ipsorum in illo propter quod
dicit Aristoteles Omnia in hijs non
est contradicere ad oculus com
m[unalys] aut videlicet que non per
se sed per alia cognoscuntur / licet
autem liceat intellectus acquirere
scire eis / positis principijs et silo
gistica complexione ordinatis
ad illa / nec est ullomodo in pota
te nostra eis contradicere / verum
cogitare de hijs / studere in hijs /
libros inspicere in quibus de eis
agitur / doctores interrogare / et
audire / et huiusmodi que omnia
fiunt ad acquisitionem scientie / vo
luntaria sunt et omnia sunt
facienda / et antecedentia ad
scientiam talium Et propter hoc et vi
tiosa et virtuosa esse possunt /
et laudem habere et vituperium /
et bene et male fieri / et non
fieri / ipsum vero scire non potest ha
bere nisi laudem nec unquam potest
esse nisi bonum / Si quis autem
dicat quia quemadmodum sunt
impressiones sunt prima principia

cum necessitate sui ingerunt scientiam
et certitudinem Sic prima proba
bilia sui credulitatem sive fi
dem / et propter hoc credere non
est voluntarium in ipsis sicut
nec scire in illis Dicemus
Omnia probabilitas quantacumque
sit non ingerit fidem / seu credu
litatem intelligentibus / et certi
tatis cum necessitate / cum ipsi certi
sint non esse quod videtur vim
esse verum / nec esse verisimile
sicut esse verum Id autem
est probabile quod verisimile Et id
quod id quod videtur verum / Sapien
tum enim est abdissimilitudine
et probabilitate quasi afficto
falsoque colore semper timere et
cavere Illud tamen verum est quod
qui credit principijs silogistice
ordinatis / necesse habet credere
conclusioni / et posita credul
itate principiorum non est ei liberum
credere / vel non credere conclu
sioni / ymo necessarium est / non
quidem necessitate absoluta / et pre
cisa / sed determinata / et condi
tionali / voluntarium tamen
simpliciter est et liberum de omni pro
babili ut ei quis credat / vel
non credat / quia nichil adeo pro
babile / quod non habeat aut
dissuasione / qua possit videri
falsum / aut saltem qua possit
videri non esse credendum /
et hoc propter periculum erroris
Sufficit enim sapienti cum veri
tatem comprehendere non potest / non
illudi a falsitate / et non er
rare / atque non falli Quemad

modum et bellatori cum hoste
superare non pt / satis est ei
si non superetur ab ipso / et nego
ciatori cum lucrum capere non pt
si dampnum euitet / et ne pu
tes leue dampnum philozophan
tibus in credulitatis et opini
onis errorem / hoc enim totis
studiis effugere contendunt /
videlicet ne pupentur ab erroribus /
ne pro veritate quam querunt
fallante probabilitate / vel veris
militudine mendacium accipiat /
Nunc autem veritatem ad id inquo
eramus / et dicamus quia cogitare
si nudum est / et solum cogitare in
forme est / valde atque materiale
si non habeat assercionem / aut
certitudinem / aut dissensionem /
Unde nec ex ipsa materia super
quam cadit quantumcumque bona / aut
mala sit unquam formatur /
aut denominatur / neque unquam
habet ex ea laudem vel vituperium
Cogitare enim quantumcumque horri
bile / et quantumcumque detestandum
malum si nudum est ut dixi /
non est malum Sicut nec videre
quantumcumque malum dummodo vi
dere nudum / sit adelectacione
et assensione malum est / alioquin
quin necesse esset deum qui omnia
mala videt iniquatissimum
esse ac pessimum / si mala vi
sa videntes inquinarent /
et malos eos efficerent cum ipse
omnia et super omnes videat et
videre nunquam desistat / Amplius
Cogitare propter ipsum nunquam querunt

nec in eo sistitur Verum tamen
pt et laudabiliter et fortiter
seu virtuose Quemadmodum
enim ad hoc queritur ut placeat /
vel excitet bonas affectiones
Ad hoc enim viri sancti interdum
cogitant turpia / ut ea magis
ac magis abhominentur Ad hoc
cogitant infernum ut magis
ac magis ipsum horreant //
Similiter et bona ad hoc cogi
tant ut ea magis diligant /
Sunt et alie bone affectiones
propter quas viri boni vel qui
boni esse cupiunt exquirunt
multo studio / et defendunt
exquisitas cogitationes Ma
nifestum igitur est ex omnibus
hiis / quia credere et viciosum
pt esse / et virtuosum Addam
etiam et alias declarationes
ad stabiliendam virtutem fidei /
de qua hic intendimus / et dicam
quia credere ea que pertinent
ad fundamentum vere religionis /
bellum adversum habet videlicet
disputacionum / dissuasionum / con
tradictionum / et etiam improbabilitatis
ipsorum / que improbabilitas directe
contra credulitatem eorum directe
pugnat Omne autem bellum
bellica virtute seu fortitudine
agendum est Nulla sine vir
tute non provenit belli victo
ria / quam necesse est modis
omnibus pervenire ut mors
utraque declinetur / et vita utraque
vel acquiratur vel fruetur / Neces
saria igitur est in bello isto virtus

2 Hic lucide ostendit que fides sit meliorna· scilicet· usque ad tale signum ⊖

que contra quatuor acies pug
net / atque de eis triumphet / hec
aut indubitant est fides / qm
contra eam dicte pugnant
acies ille Quare et ipa ex
necessitate pugnat / et acies
suas dirigit contra illas //
Amplius // Contra tot iacula
tanquam periculosa necessaria est
menti humane armatura / que
illa excipiat et retundat
ipam / et protegat / Nulla aut
est alia spiritualis armatura /
que ab hijs iaculis ipam pro
tegat / et contra illa ipam mu
niat / nisi virtus fidei / Quod
inde apparet / quia omnia ista
iacula et dicte tractentur in illa /
et inmediate illam petunt
2 Amplius Ea que pertinent
ad fundamentum religionis /
aut sunt omnia probabilia / sive
manifeste vera / aut quedam
sunt ibi improbabilia / et non
apparentis veritatis / Si autem
sunt omnia manifeste vera / qm
tunc illa esset in fide dissen
sio / nulla heresis / nulla omnino
contradictio / Manifeste enim ve
ris nemo contradicit Cum
igitur tanta est in hijs dissensio /
tanta heresum monstruositas /
Manifestum est quedam ex hijs
esse veritatis non apparentis //
Credere aut ea que non apparent
esse vera / vel que non videntur
esse vera / hoc non est nisi virtu
tis / ut diximus et nisi ex virtu
te credentis / tum talia ipse
causam credulitatis non habeant /

sciunt iam declarabimus Necesse
igitur est virtute credi / quedam
ex hijs que pertinent ad funda
mentum religionis / quare ne
cessaria est virtus fidei / Amplius
Aut est credendum deo absque
persuasione aliqua / et probatione /
aut non / Si sic ergo credendum
credentis est ei virtute / Quod enim absque
persuasione et probatione creditur /
virtute credentis creditur / Si
si dixit quia non est credendum
sine persuasione / vel probatione /
non igitur ei credendum est nisi
sicut cuilibet alij Cuilibet enim
alij cum persuasione / et probatione
creditur / Et si dixit quia cre
dendum ei est sine persuasione /
et probatione / qm scitur et cre
ditur esse verax / atque vendi
cus / nec sic evasit Cum nec
sine persuasione est hoc seu pro
batione / habet enim persuasionem
apud se / et firmum / deum men
tiri nolle / et vera esse ea que
dixit / propter hoc igitur credit deo /
quia credit eum mentiri
nolle / et ita credit ei sicut
crederet alteri bono viro / cui
utique propter hoc / et propter hoc crederet /
quia crederet eum non mentiri /
Apparet ergo quia non credit ei
nisi sicut alteri bono viro /
Amplius hoc ipm quod credit
deum esse veracem / et men
tiri nolle / aut credit ei ex
virtute fidei / aut ex evden
tia veritatis ipius / aut ex pro
babilitate / aut ex persuasione /

sen pbatione Ei exevidentia
veritatis/ ul ex aliquo seque
ente in nullo igitur honorificat
deum credendo hoc/ de quo lz
cum alio idem credet/ p eadem
tamen causam credendi habet Cre
dendo ergo hoc de deo no
honorificat deum/ honorifi
tat quidem inhoc q magni
credit de eo apte crediti s3
no aut credulitatis Erma igitur
religiositas sedm qualibet
sui partem dei honori intendit/
ymo eius honor 3 cu huius
credulitas ipse honor dei no
sit licet creditum eius honor
ipius sit Manifestum 3 q
huius credulitas nec religio
3/ nec pars religionis Est
aut fides ex necessitate ps
pma religionis/ et fundamem/
fides igitur quam hic intendimus
vtus 3 quam diximus/ Amplius
Cum manifestum 3 quantitati
hominum no posse satis fieri pba
cionibus/ ul suasionibus de
hijs que credenda sunt addiu/
attendentibus pie q ac reli
giose viuere cupientibus/ vl
propter defectum pbationum/ ul
suasionum/ ul ppt breuitate
intellectus simplicium et vulga
rium hominum/ Credenda autem
erant vtio ea sine quorum
credulitate addeum no acce
ditur/ Necesse igitur 3 ut alia
via credantur sicut aquitate
hominum quam p pbationes/ a

suasiones/ Nichil aut 3 me
dium quin credulitas omnis/
aut/ suasa sit/ aut vtutis
Necesse igitur 3 ut alia cre
dat virtute quantitas hominum
Amplius/ Videos impium est
adeo q scelestissimum male sentire
de deo/ ul de ydolis sinis sibi
contraria sentientes/ ferro et
igne/ omnique genere tormentorum
cohercere a credulitate con
traria/ quemadmodum a furtis/
et rapinis/ et multo amplius
Et propter hoc multo fortius pro
bet/ multoque districtius contra
sibi credulitatem/ quam furta/
et rapinas pphibent/ Cauare
et multo districtius credulitate
suam impetunt/ Amplius Cre
dubitat in suasibilibus incredu
lis qui suasiones et pbatio
nes credendorum/ ul no habent/
ul no recipiunt salutarem cre
dulitatem esse imperandam/ et
contrariam credulitate suppli
cijs exterminandam Et cum iusta
est pphibitio errorum impietatis/
iusta 3 vtio et imperatio cre
dulitatum sine credicionum
pietas hoc 3 vere religionis/
quare iusta erit obedientia
et ex necessitate debita vtrisque/
Obediendum igitur 3 ex ne
cessitate in credendo/ et obe
diencie debitor 3 intellectus
humanus quantum ad operatione
istam/ Maxime cum nullum
appareat priuilegium exemp
tionis sine nulla ab obedientia

ut omnis secta omnisque
suspectio de deo

intellectus intredendo / si conparacionibus / aut probacionibus cre
ditur. Quemadmodum nulla
est obediencia affectus / si conpara
nitate vel utilitate amatur /
Amplius sicut deo debetur
digna dilectio / digna
honoracio / sic ei debetur digna
credulitas / sine credicio
nostra est aut digna deo cre
dulitas / que ei propter persuasiones
aut probaciones impenditur /
quia licet etiam bono viro
et magno digna est / tamen
sublimior ei credulitas im
pendenda est / Procedamus autem
et alia via / et dicamus quia
intellectus humanus / sive vis
intellectiva nostra in seipso in
firmus est / et non stans per semet
ipsum / et propter hoc nutat inter du
bietatem / dubitacio enim non est
nisi nutacio ipsius qua nunc
in alteram partem contradictionis /
nunc in alteram inclinatur / Se
cundum vero cadit in tenebras
et vacuum ignorancie / interdum
in ipsa falsa et errores / Fulcitur
autem infirmitas ipsius interdum
evidencia veritatis plerumque
probacionibus / aut persuasionibus
quibus sicut baculis debi
libus vel levibus rotinaculis hec est
probacio vel persuasio / non innititur
ei confidenter / sed quodammodo
se retinet / timens ne non
satis fortis sit ad sustentandum
ipsum / Et propter hoc manifestum
est quia ipse innititur huiusmodi
fultris / seu subpodiaculis /

.i. dubitat
nutat

quemadmodum baculo debili
et fragili / cum nec sine timore
neque totaliter innititur gestans
ipsum. Tales rotinaciones opi
nionem faciunt solam / que est
apprehensio alterius partis contra
dictionis cum formidine re
lique / Evidencia autem veri
tatis / et probacio demonstrativa /
fortissima fulcimenta ipsius
sunt / et tamquam baculi inflec
xibiles / et infrangibiles nulla
quam ex parte nutantes / Manifestum
est igitur tibi quia intellec
tus noster querit huiusmodi fulcimen
ta / nisi ex infirmitate / et de
bilitate sua / Et intellectus
philosophans est / sicut via
tor ambulans a conclusione
in conclusionem / non valens propria
virtute sustentare semetipsum /
sed adiutorio baculi se sus
tentans / et sufficiens ab uno
noto / seu probato ad aliud //
Baculus autem cuius adminni
culo ita ambulat / et suffulcit /
demonstracio est sive probacio
demonstrativa. Intellectus
autem qui virtute propria credit
non requirit huiusmodi fulcimentis /
nec illis indiget / magis for
tis est / magis quam firmus / quia
propria virtute et firmitate
innititur quam qui aliena
Sua propter / magis firmiter
credidit / quam ille / Amplius
magis credit intellectus
ea que credit per semetipsum /

quam ea que palam videt / Quare
intellectus virtute fidei credens
magis credit ea que credit
~~absque ratiocinationibus vel proba~~
~~tionibus~~ / quam ea que cre-
dit ratiocinationibus / vel proba-
tionibus Quemadmodum et
magis amat amatum qui ex
virtute propria illud amat / quam
qui ex eo quod est aput amatum
similiter et rectius / Credit enim
intellectus ex ratiocinationibus / vel
probationibus / quasi inclinatus
et innixus super eas / et quasi
claudicans ambulat ambu-
latione quam diximus Quemad-
modum et hic amat solus
qui amat ex virtute propria / amore
aut curvo / sive deflexo quia
allectus et abstractus ab
amato / Debes etiam scire / quia
intellectus requirens ea que
supra diximus / est sicut venditor
incredulus / qui emptori non
aliter credit / nisi pignus vel
cautionem sive securitatem det
ipsi / et probatio sive ratiocinatio vel
pignus est / et cautio securitatis
sine qua non credit huiusmodi in-
tellectus Et quemadmodum ven-
ditor non aliter dat merces nisi
sub pignore / vel cautione /
sic nec huiusmodi intellectus dat
credulitatem suam nisi pos-
quam pignus / vel cautionem
quam diximus acceperit Et sicut
demum talis venditoris
merces non concedent nisi prius

securitatem tenuit Sic nec
de huiusmodi intellectu exit credu-
litas donec medium probationis
quasi pignus sive cautionem
tenuit / Notum autem est tibi
quia exactio pignoris / aut
alterius cautionis / non est nisi
ex pravitate seu debilitate cre-
dulitatis / aut ex defectu ipsius /
Quare manifestum est in-
tellectum exactorem huiusmodi
pignorum / et securitatum videlicet
probationum / ratiocinationum / pignora
esse credulitate infirmum /
aut incredulum / et esse cla-
udicantem / nutantem / propter quod
stare non valentem / pene cas-
cadentem / et ut ita dicamus /
solo quasi fulcimento proximati
baculi / casus quos diximus
declinantem Manifestum
etiam est tibi quia magnitudo /
et multitudo pignorum / in do-
mo venditoris / et si securitatem
ipsi faciant / signa tamen sunt
et testimonia incredulitatis
ipsius Sic pignora et secu-
ritates probationum / atque ratiocina-
tionum / et pignorum / licet securita-
tes sint intellectus apud que
sunt / tamen manifeste designant
incredulitatem eius ad ea
de quibus sunt Quia infirma
vero sit huiusmodi credulitas
ex postbaculis apparet et fulturis
Quemadmodum enim uno ba-
culo / vel duobus subnixum
atque suffulsum ambulan-
tem / et ambulare alis non

valente / statim ex hoc indi
tas virtutem eius gressibilem
infirmam / aut debilem / aut
coxas et tibias eius / seu pe
des lesos / vel quocunque modo
(ad casus) occonatos / Sic probaciones / ra
ciones / et signa / velut multitudo
baculorum / atque subpodiaculorum
intellectum philozophante / hoc
est probiam veritatis per am
bulante / infirmum indicat / et
contritum atque claudicante / Propter
hoc videmus evidenter / quod
huiusmodi credulitas / seu fides /
non solum non est virtus / sed
eciam vicium est / adeo contu
meliosum / et propter hoc damp
natone / supplicio que dignis
simum / Videmus eciam quod
huiusmodi fide / seu credulitate
deo non creditur / Primum igitur
dicamus / quia nec testis quorum
est receptibile alterius /
ut nec calor frigus / nec frigus
calidum esse potest / Quare nec
virtus infirma / nec infirmitas
virtuosa / Haec autem credulitas
infirma est / quod apparet ex
podiaculis / et fulturis / quare
manifestum est eam non esse
virtutem / Amplius omnis virtus
sicut sanitas est / et sicut forti
tudo fortem faciens / sanitatem
ipsam / huiusmodi autem credulitas /
nec sanat intellectum a bincre
dulitate / nec fortem facit
contra incredulitatis infirmi
tatem / Quemadmodum baculi
sustentantes contractum / seu
claudicantem / non illum fa

nant a membrorum contractione /
seu claudicatione / nec forte
illum faciunt contra membrorum
gressibilium infirmitate / seu lesi
onem / Quemadmodum / nec multitudo
nec magnitudo pignorum
faciat mercedum venditorem
ab vicio incredulitatis / Manife
stum est igitur huiusmodi credulitatem
non esse virtutem / Amplius cum
virtus / et ars circa difficilima
sint / huiusmodi autem credulitas
non solum circa facilima / sit
sed eciam circa ea que vel in (facere)
possibile est / vel non facere /
Manifestum igitur est ipsam
non esse virtutem / Impossibile
enim est non credere manifeste
vera / Difficile autem est non
credere probabilia / et resistere
persuasionibus / Amplius cum
adeo brevis intellectus est / vel
potius nullus intellectus / ut
virtuosum indicet ea credere
que vel evidentem sicut ve
ritatem / vel probationem irre
fragabilem / vel persuasionem
probabilem / Manifestum est
igitur talem credulitatem
omnino non esse virtutem / et propter
hoc non esse partem ullomodo
religiositatis / Quod autem et
vicium sit deo contumeliosum
ut diximus / videtur tibi ex hiis /
Manifestum est enim contu
meliam fieri cuilibet note
veritatis et bonitatis viro /
si ei absque pignore fides
adhibita non fuerit / si tanto

pravitatis sup his que pro
misit ab eo exacta fuit / Tan
to fortius igitur contumelia
est deo / et iniuria / gladio et
igne vindicanda ab eo pignus
probacionis exigere / et non aliter
dictis eius aut promissionibus
credere / Amplius non est ab
quis pravus / aut mendax
cui probacionibus atque pigno
ribus ydoneis non credatur
a quolibet / Cum igitur non aliter
credere deo voluit / quam sub
pignoribus ydoneis / et proba
cionibus certis manifestum est / quod
deum in parte ista mendacibus
et pravis in nullo prefert aut
ponit / sed ipsos illi parificat
in fide / et credulitate / et omnino
adequant / hoc autem est aperta
contumelia dei / et intollerabilis
tollerandia / quam et greci / et
iudei / deo irrogabant / Sicut
testatur ~~apostolus in 1o ad cor~~
Iudei signa querunt in actorem
intelligere / Greci non sapiam
probacionum supplere / nec hii / nec
illi aliter credere volentes / De
clarabimus eciam tum hiis quod
huiusmodi fide vel credulitate
greca scilicet vel iudaica fide / vel
credulitate deo non creditur
nec umquam creditum est /
In quo sufficit exemplum
quod supra posuimus de mercen
dulo venditore / De quo mani
festum est illud / quia non
credit emptori / sed pignori /
aut alie cautioni / Notare
manifestum est quia nec iudei /

nec greci huiusmodi credulitate /
vel umquam crediderunt deo / sed
signis tantum / et sapiencie / Iam igitur
declaratum est tibi quia nulla
fide deo creditur preter hanc /
et nulla est deo digna preter
ipsam / nullaque honoratur deus
nisi hac / et nulla est virtus preter
ipsam / et propter hoc ut funda
mentum / nec aliquibus religio
nis / aut religiositatis esse potest
Apparet eciam tibi ex hiis quia
preciam probacionum / et pignorum
solam addemus attendere inte
dentes / et in illo quidem genere
cognicionis videlicet philosophie in
hoc perficiant / multo tamen co
tumelie quam incredulitate
pia deo irrogant / a religio
ne deficiunt / ac longius repel
luntur / atque a sublimiori cogni
cionis genere defraudantur. Sub
limis enim atque nobilis omni
quomodo / certius virtute quam
arte cognoscitur Sicut dicit
Aristoteles quia virtus est omni
arte certior / ac melior / Hinc
est quod in methaphisica plus est
virtus quam ars Sicut ipa
met testatur / Propter hoc autem virtus
est certior quam ars / quia
intimior / et hoc utroque modo /
quia magis profundans in nobis
magis enim penetrat mentem
et inficit virtus quam ars /
et a profundioribus se de profun
dioribus rerum ipsarum est / ars
enim omnibus artibus est tamquam
umbra vel depictio ymaginum

nota

resultantium in speculo intellec
tus / Virtus autem que aeribus &
sunt consuetudinales et forte
quedam alie non sunt umbra
vel pictura est aeribus et
rebus forinsecis sed sunt odor
vel sapor est aeris intimis
vel profundis / Virtutes vero que
dei dona tamen sunt et desuper
solummodo descendentes ma
nifestum est quia omni arte
sublimiores sunt / ut pote sub
limissimis / hoc est mundo altiori
et fonti bonorum omnium propinquiores /
Quemadmodum igitur lumen
quod a sole emicat tanto so
li vicinius & tanto fortius et
nobilius quanto ab eo longius
descendit nobilius atque sub
limius quam quod collimato re
flectitur / Sic lumina a prima luce
descendentia nobiliora atque
subliminiora sunt quam ea que
collimatis per reflexionem
descendunt / Quare fides de
qua hic agimus cum ipsa de
scendat a primo lumine / nobilior
atque sublimior quam scientie /
vel credulitates que aeribus
que per reflexionem illuminationis
quam alicunde primo recipiunt
ad intellectum nostrum ascendunt
Prima enim quecumque lucent a
luce primo etiam relucent ad
ipsam omnium eo quod sicut virtus
pulcritudinis et bonitatis omnium
enim eo relucent ad virtutem
primam et pulcritudine prima
et bonitate prima et similior
relucere non est nisi assimilari

ei assimilatione licet remotissima
et dissimilitudinis ac distan
tie tamen nec est estimatio neque
finis / Ex hiis ergo apparet tibi
quam multum refert an de
scendat super mentes humanas
illuminatio alicunde primo an
descendat per reflexionem crea
turis seu rebus creatis que
sunt una appositione precum
luminata alicunde primo et inde
relucentia ad ipsum similitudine
& diximus et lucentia in spe
culo intellectus humani appari
tione ymaginum seu similitu
dinum rerum in illo / Cuius ratio
manifestum & quia fortio
res atque nobiliores sunt
illuminationes desursum descen
dentes quam deorsum ascen
dentes et recte descendentes
quam reflexe dum modo vel
remotio sive distantia vel
fortitudo reflectentis non
obsistat fortior enim & refle
xio radiorum solarium corporum specu
lo concavo quam ipsi sunt
descensione a sole et hoc
apparet quia reflexio ignita
est et adurens obviancia
combustibilia ipsi vero directe
descendentes ignita non sunt
neque urentes Similiter refle
xio radiorum solarium corporum be
rillo cristallo et vitro ig
nita est et adurens hoc autem
est propter adunationem radiorum
ac descensionem luminis ipsius
in speculo concavo et rebus
aliis prenominatis facit ergo
adunatio et multiplicata

reflexis quod non forent radii sim
plices et pauciores. Unde igitur
est fortitudo luminis et caloris
debet igitur ex omnibus hiis
clarum esse tibi quia data
optima et dona perfecta a pre
lumine pro largissima benefice
ciam ipsius super nos nostras
dependencia fortiora sunt
et maiora quam data bona
temporalium scilicet et corpulentudinalium
et quam data meliora natu
ralium. Propter quod et data op
tima nominata sunt videlicet
comparatione bonorum et meliorum
ut bona data accipiamus scientias
a rebus acquisitas ut tetigimus
et virtutes etiam frequentia
et assuefactione operum generatas.
Eodem modo divicias et de
licias temporales bona non me
liora virtutes et scientias naturales
similiter divicias et delicias
naturales que naturam non corrumpunt
sed illustrant et meliorant
virtutes naturales vocamus pruden
ciam naturalem mansuetudinem
pietatem naturalem et magni
ficenciam naturalem. Scientias non
naturales vocamus que ante nos
indite sunt sicut nunc inest
et eorum que in artibus nostris
sunt eius quod est vivere quod est
intelligere quod est gaudere quod
est esse et oppositorum ipsorum.
Eorum igitur est nobis scientia
naturalis quorum ignorancia est
nobis impossibilis. Delicie non
naturales honestas est et hone
ste in rebus scilicet honestis hone

state naturali et per se nota sunt
delectari de per se seu spiritus delec
tari in bonis et honestis operibus
ut est delectari in benefacien
do indigentibus in honoran
dis parentibus in servando fide
litatis. Optima igitur data optima
proprie naturam sunt et inde naturam
ipsam in eam supremum super se ipsam
trahunt in sublime scilicet eterne
glorie et beatitudinis. Manife
stum est ea maiora et for
tiora esse naturalibus et omnia
sublimiora atque nobiliora
eisdem. Naturalibus enim solis
solummodo descenditur in infe
riora et nullo modo super naturam
nec natura propria ascenditur
sicut iam declaravimus in tractatu
quo contra pelagianam heresim
gratiam stabilivimus et ipsam so
lam principium esse motus in
supremum eterne glorie et beatitudinis
sudinus. Prima igitur inter naturam
et gloriam gratia media est gloria
autem in fortitudine et magni
tudine nobilitate et sublimi
tate ultima est seu suprema
unio et hiis omnibus secunda est
gratia ultima non quia minor quod
omnibus modis quia gracia
quare fides de qua hic lo
quimur quasi cognitione naturali
maior est fortior sublimior
atque nobilior. Et propterea hec verum
dixit qui hoc dixit quia
fide nichil certius nec nobi
lius fidelem qui non prius
concederet affirmacionem et nega
cionem de eodem dici posse quam

vim ex fidei articulis verum esse. Quod autem et virtus gratia sit licet in prenominato tractatu hoc plene declaravimus ex hoc evidenter ducitur quia nulla virtus potest contra se vel supra se nulla potencia et hoc per se quia nulla virtus vel potencia per semetipsam est maior vel forcior se. Intellectus igitur humanus per semetipsum solum non potest credere contra se vel supra se neque vincere se. Cum igitur necesse liceat ut ondig credere contra se hoc est contra omnia que proprio sunt et supra sunt quodammodo et ipsum adiuvant illuminant et fulciunt naturaliter habet credere contra omnia adiutoria sua naturalia et contra omnem illuminacionem sibi naturalem. Credere autem est et videre et illuminari quare necesse est videre contra omne lumen suum naturale et illuminari. Pro autem potest videre vel illuminari nisi per lumine. Quare necesse est ipsum illuminari forciori lumine atque forciori illuminacione naturalibus autem illuminacionibus nulla est forcior nisi aut gratia aut gloria quare illuminacio eius hic cum non possit esse gloria et vincat illuminaciones eiusdem naturales necesse est gratia. Non oportet igitur nos amplius laborare in hoc quod iam ex hiis manifestum est scilicet fidem esse gratiam hoc est divine largitatis et beneficencie constitutum donum et esse virtutem exigente et

firmantem intellectum facientem quod illum stare per se et reambulantem per viam salutaris veritatis absque sustentacione vel suppodiacione baculorum et suppodiatorum que diximus. Et insuper ipsam esse armaturam protegentem intellectum humanum adversus iacula disputacionum sunt et firmamentum supportans illum adversus impulsiones et concussiones contradiccionum et opinionum et adversus proprie infirmitatis et ponderositatis inmositatem. Et cum hiis omnibus est declaratum quod ipsam esse lumine vincens naturalia lumina ipsius intellectus humani. Naturalia vero lumina ipsius sunt sensibilia et quodammodo ipsi sensus. Similiter et probabilia omnia suasiones et signa hominum testimonia sive scripta sive non scripta. Qualiter autem lumen fidei ipsos sensus et sensibilia vincat in sermone eo altaris manifestum est. Clamat asserit et ondit visus ibi solum materialem panem esse. Similiter ipsum clamat asserit et ondunt sensu indicat omnia accidencia visibilia. Quod facit tactus et tangibilia idem auditus et audibilia gustus et gustabilia olfactus et olfactibilia. Hec autem omnia videlicet tam sensus ipsi quam eorum sensibilia lumina

sunt ipsius intellectus nostri
quibus in mundo isto scz sensi-
bili et videre et illuminari natu-
raliter habet / Hunc autem fidei simi-
litudinem adeo obfuscat et ob-
tundit ut sola veritas premisse
ti pura et integra sit in
corde credentis et nichil
falsitatis aut impietatis
ingerere possint vel impingere
in illud / Apparet etiam ex hiis
quia fides hec est digna deo
credulitas Causa scz ut dignum
et iustum est creditur hoc est
sine omni pignore et cautione
scz gratuis et obedienter et propter
hoc quia verax est aut quia
verum est quod ipse loquitur
Sic enim credentur homini cui-
us Sed quia iubet / seu pre-
cipit / seu vult Iubet inquam
aut precipit per legislatorem vel
legis expositores Creditur
ergo ei ex virtute obediencie et tam
virtus obediencie ipsa fides est
per quam obediencie sue debitum
deo soluit intellectus huma-
nus / Manifestum est etiam quia
hec fides est fundamentum
et caput totius religionis
sive religiositatis huius / hoc est
in bita ista Ex quo sequitur
quia eius operacio prima est in-
dei operibus et eius obsequi-
orum in dei honorificencia
et cultu Et hoc est quia admodum
intellectus primus est me vires
racionis anime nobiles ita
necesse est ut eius operacio eius

est obsequium atque religiositas
prime sint / Declaratum etiam est
quia aliis credulitatibus / et
deo non sunt et contumeliose
sunt ipsi et insuper deo non cre-
ditur sed pignoribus et cau-
cionibus ut diximus Ex quare
manifestum est non esse fidem
qua deo vel iudeum credatur
insuper habent Et propter hoc nullam
aliam credulitatem fidei nomine
dignam Et nulla alia credu-
litas incredulitate caret ut
ondimus Et propter hoc nulla
alia credulitas facit fideles
ymo plus palam est ex hiis
que diximus quia omnis alia
gens infidelis est iudeorum et
incredula Sola autem gens que
hac fide fundata armata
et illustrata est deoque obedi-
ens et subdita Et ideo quantum
ad intellectum sanctificata ac dei
obsequio cuiusque cultui iam quantum
ad hoc dicata Et sola ista
gens velut capite inclinato
adorat altissimum Capite in-
tellectus per hanc obedienciam
inclinato Ceteris gentibus
variis erroribus seductis
et quodammodo capitibus incli-
natis errorum suorum persuasiones
adorantibus atque colentibus
Declaravimus etiam quia fides
ista necessaria est ut intellec-
tus humanus deo ipsam per-
ficiat sive quia obediencie debi-
tum ei reddat et ut contra
bella que adversus ipsum con-
surgunt pugnans vincat

et victorie coronam tandem
a rege regnum recipiat et propter
hoc manifestum est quia si
evidentes essent veritates
ea que fide habet credenda sunt
vel probabilia essent vel pro-
baciones haberent vel signa et propter
hoc solummodo crederentur cessarent
bella intellectus / et propter hoc vic-
toria quare et victorie corona
Cessarent etiam alia bona
que narravimus quia nulla
esset religio intellectus / nulla
obediencia / nulla dei veneracio /
nullum obsequium / quare re-
maneret iniustus / et iniquus /
atque peccator / et hoc est fides
viva / que non solum modo lu-
men est ad ostendendum credita
sed etiam vita est sive vivens
ad movendum ad illa facienda /
vel declinanda / querenda vel
fugienda / Quemadmodum enim
sciencia medicine lumen est ad osten-
dendum ipsi medico egrota-
ti que ei salubria sunt sive
nociva sed ipsum non erigit aut
confortat et ut ita dicamus
non vivificat ipsum neque vivifi-
cat sive fortificat ipsum ad ea
prosequenda vel declinanda et
propter hoc sciencia mortua est et
mito mortua quia artibus mor-
tuis est vel non vivificantibus
et depellibus mortuorum mortuorum
animalium accipitur fides autem quam
hic loquitur de fonte vite
velud radius vivificus vivus
procedit vite ipsius que vita graciae
dicitur in ipsum capite meus huiusmodi

id est intellectum ad ipsum vivifi-
candum et illustrandum nu-
miendum armandumque de-
scendit et propter hoc dicit dominus
in 3o Abacuk Quia iustus
ex fide vivit / Si quis autem
querat que sit fides mortua
de qua loquitur Jacobus dicens
Quia fides sine operibus mor-
tua est / Dicimus quia hec est
si tamen fides dicenda sit que
instar mortui hominis vel ania-
lis mortui qui neque seipsum
movere potest neque aliud Ita si
dixit quis quia bene movet
intellectum huiusmodi fides ad appre-
hendenda / et cogitanda cre-
denda / verum utique est hoc sed
non motu vitali sive vivo Quem-
admodum enim in mortuorum
et decoriatorum atque decola-
torum animalium cadaveribus motus
quidam relinquuntur sicut tre-
mor in ipsa carne corporis et pal-
pitacio cordis mediis in me-
bris / Sic et in mortuis in-
tellectu per extinctionem fidei ali-
qui similes motus inveni-
untur non autem motus perfecti
ut ambulacio qui non inve-
niuntur in animali mortuo neque vo-
latus / Et omnino scire debes
quia si medicina esset virtus
et sciencia viva non solum illumi-
naret medicum ad videnda
salubria et noxia corpori
suo sed etiam ipsam egritu-
dinem fugaret victimacite
sua Tanta enim est luminositas
istius virtutis ut tenebras

noxie incredulitatis aut pi-
culose ignorantie De hijs
que ad fundamentum ptinet
no patiat tante vivacitat
nec torpori mortis quo mens
humana ad salubria motu no
pmittit cotuciat Timoris
eni fortissimi et amoris
motus incitat vel excitat et
in ingressu ipius moles ma-
las consuetudinum Deinente
quam illustrat tadiit malors
desideria mali q amoris
velud dyata vincula dirupunt
Quem admodum eni fortissima
concupiam timor mortis aut
erubescentia cotingunt et hec
p opinionem fortem eu forte
fuit ipa dubitatio Sicut fi-
des quem habem dilut pctors
omesqz tenebras cor diffu-
gat Uno eni modo lux dei
latrones fugat alio modo
patibulum alios ptor Sic vel
qhibet lucem fugare vicia
et pcca et unam quaqz virtu-
tem punit fides aut mortua
qntum ad imopositatem diffe
a fide viva sicut lume qd
est de nocte aliuna et stell
abeo lume q z de die Et
qntum ad vivacitate sicut
lume q z in umbra circa dio
lume eni q inumbrata z et
admixtum z tenebris et fri-
gidum z ac mortuum Radio
vero nec habet tenebras et

calidus est atqz vivificans Sic
ergo vide ut sicut contingit
clausis oculis vel velatis ita
videtur fide mortua aut
inf dum et melius Est go
fides mortua in quibusda
solum fidei no contradicere
Sicut dicit btus ~~Bernardus~~
vivia quorundam fides est
hec scz fidei no contradice
In alijs vero est ligata et
quasi somnolenta ac tor-
pida et impedita credulitas
nec lume qntum debet emi-
tare nec motum efficere suffi-
cientis Et ideo nec virtus nec
virtuosa est sed est opinabi-
lis apphensio et credulitas
debilis et tenebrosa per-
noltum Viva vero virtus
fidei hoc modo ut diximus
fugat vicia et pcca Ideo
deum z fide purificans cor-
da eorum ro hic causa erroris

Post hec aut reliqu
nobis declarare et
numerare causas erroris
impietatis et sectas pdica-
onis Prima est ig-
norancia nesure et capa-
citatis intellectus humani Cum
eni intellectum suum omnia
cape existimat credit q
necessitate no esse q qua
quod intellectu suo no inde-
nit quem admodum p qd
credet intra oculum vel

celum lune esse omnia ne-
cesse haberet credere non esse
quicquam intra ipsum quod non
inveniret / Hec igitur est cau-
sa propter quam quicquid intel-
lectus eorum non capit non esse
credunt Tu ergo adverte
hoc et crede intellectum humanum
incomputatum et limitatum in
sua capacitate ab ipso crea-
tore suo deo qui posuit ei
terminos que et quot et quanta
capiat capacitate sua naturali
multa apud se secreta reservans
revelanda cui voluit et quando
voluit Similis error huic
et similis ignorancia inve-
nitur in hominibus qui credunt
esse nullomodo posse sciam
de magnitudinibus solis et
lune atque stellarum et de simi-
libus eo quod non est in intellectu
2 eorum / Secunda causa errorum
istorum est aversio intellectus
ab eis que credenda sunt //
Quemadmodum enim qui aver-
sos habet oculos ab eis que
videnda sunt et conversos ad
alia videnda videre non potest
in ista aversione sic intellectum
habent aversum ab eis que cre-
denda sunt et conversum ad
contraria credenda credere non
possunt in ista aversione hii
sunt qui tanto amore am-
plectuntur opiniones suas con-
fectas ut de contrariis nec et
cogitare velint tanto quod o-
dio aversi sunt et contrarium

errorum suorum ut ea nec respi-
cere velatenus velint Tu autem
scis quia idem est cogitare
quod corde sive intellectu
intueri atque respicere Et quoniam
amor conversio est ad amatum
et odium aversio est ab eo quod
oditur quod ipse conversiones
et aversiones corporales indi-
cant et dicunt velud umbre
et similitudines quedam inte-
riorum sive spiritualium conversionum
et aversionum manifestum igitur
est propter quid huiusmodi homines
ea que credenda sunt credere
seu videre non possunt Non enim
datum est hominibus videre
post tergum suum neque videre
3 sive intuitu et aspectu / Tercia
causa errorum est ipsa rerum
subtilitas que turbido et
grosso intellectu visibiles non
sunt Quemadmodum enim est
visus adeo turbidus et grossus
ut eo pilus videri non possit
est et visus quo pilus et
pilo subtilius videri potest sicut
et intellectibus hominum similiter
differentiam et oppositionem esse
contingit Quemadmodum
igitur homines grossi ac tur-
bidi visus pilum non viden-
tes ubi est et contendunt
et iurant ipsum ibi non esse
propter eius subtilitatem et
subtilitatem ipsum non viden-
tes et de ipso videntibus
credere nolentes Sic ea que

co fide qua diuinitus credenda
sunt propter sui subtilitatem gros-
siciees et turbiditas intellectus
vulgarium et indoctorum hominum
non capiens ea non esse et
credit et contendit et docent /
4 Quarta causa est remocio
sive distancia hoc est longin-
quitas a rebus credendis et
hec longinquitas est impericia
et inexercitacio in illis sunt doc-
trinalibus Imperiti velut longe
distantes speculantur Cum enim
in incepibilibus versantur aut
in aliis que longe sunt a
credendis versantur et conmorantur
assidue longe sunt indubi-
tanter ab illis Et propter hoc illa
videre non possunt quia nec
studio nec exercitacione ad illa
appropinquaverunt / Quinta non tan-
tum est stulticia qua volunt
intelligere intellectu naturali
posse quam eo posse capi non potest
Quemadmodum si quis vi-
su humano vellet videre quid-
quid aquilinis visu videri
potest aut altitudine stature
sue longe desuper eminentem
contingere et que in ea sunt
manu capere Sic brevis intel-
lectus credendorum altitudinem
non attingit et intellectus
naturalis ad ea que super ipsum
sunt posse nullatenus se con-
6 tendit / Sexta causa est
inquisicio probacionum probacio-
nes enim velud scala sunt
quibus attingitur ad probata
Prima vero ad ea que fidei
sunt scala huiusmodi non pertingit
quoniam non habent aliquas
probaciones aut non quales
vellent ideo deest eis scala
vel omnino vel saltem eius alti-
tudinis que huiusmodi res attin-
gat tamquam deficiente scala
ascendenda incomparabiliter huius-
modi ad ea nullatenus ascendunt
eo quod solas probaciones
scalam qua illuc contingat
7 ascendere opinantur / Septima
causa est peccatum sive negli-
gencia qua divinum adiutorium
ad ista credenda non queritur
seu quodcumque aliud quam viam
divine gracie obstinat et obclu-
dat Merito enim iustissimo
quod dei iudicio dei adiutorium
non obtinet qui illud obtinere
non curat Intoque lumine gracie
divine cor illius ad illustrandum
non ingreditur qui obicem illi
opponit peccati Merito enim
radiis solis domum illius
non illuminat qui radiis eius
fenestras aliosque introitus
omnes claudit et obturat
Scito eciam quod quemadmodum
propriis manibus lumine solis
visibilis abstulit suis quicquid
prohibent et abscondunt Sic
peccatores malis operibus suis
solis invisibilis radios hoc
est dona gratiarum et virtutum
a cordibus suis declinant
et avertunt Quod enim sunt
manus interposite inter solem

et oculos ad obtenebrandos
eos hoc sunt opa mala int
solem intelligencie atque in
sticie et oculos cordis ad eos
obstinandos / Attende aut
et alias similitudines sine
exempla ut melius in no
tescat tibi erroneorum insa
nia Quia eni sensus hua
nus in huiusmodi rebus caliga
terus est et omo in scius qui
eo duce ambulare volunt
in hiis cecum sibi ducem
eligunt Et ppt hoc non est
mirum si insipiencia et pfun
da errore currunt / Similiter
qui ipm de hiis rebus con
sulunt cum hoc omo inscius
sit insipientissimi sit in re
bus periculosissimis habent
consiliarium / Multo igitur peri
ciose errant et pericula error
non effugiunt / Assimilatur etiam
stulticia huiusmodi homi vespti
lionibus que solem videre
contendunt et ipm totis viri
bus fugiunt dum neque ortum
eius expectat neque ante
occasum eius evigilat Sic et
isti solem intelligencie et
iusticie dum expositum pre fugi
unt orituru si quid non expe
ctant dum nec miraculis nec
sacrorum eloquiorum testimoniis
nec sacrorum doctorum persuasioni
bus quibus omnibus velud
quibusdam radiis illustrari
possent eisdem attendere no
lunt ymo ab ipsis tamquam
a iaculis fugiunt sicut et os

(ta)ices lucifuge quibus et ipi
convenientissima similitudine
comparantur Sol iste lucidissimus
a tempe sue infidelitatis eis
occidit Et propter hoc eum
frustra videre contendunt
post occasum sum qui non est
nisi tapus eorum donec eis ori
atur cuius tamen ortum ut di
ximus fugiunt / Est etia eorum
stulticia eius vesanie ut
ipa tenebra sive per tenebra
velint videre lucem Quem
admodum eni visus lumine
est ad cognoscenda visibilia
solum modo Adea vero que per
ipm cognosci non possunt
idem visus tenebra est Sic
sensus humanus et intellectus
ad ea / que per ipsos cognosci
bilia sunt lumina sunt Adea
vero que per ipsos cognoscibilia
non sunt tenebre Cum igitur
ea de quibus loquimur per pre
magna per sensum humanum
et intellectum cognosci non pos
sint huiusmodi vero erronei non ali
quam per sensum et intellectum
humanum volunt ea cognoscere
vel videre Manifestum est
quod per tenebras solas vo
lunt ea videre hoc igitur est
stulticia eorum ut cum talia
eis videnda vel cognoscenda
proponuntur ad solas tenebras
humani sensus et intellectus
recurrunt ut per eis ea videat
et cognoscant / Amplius
Isti sunt sicut qui volunt
videre solem de nocte vel

qui solem no esse contendut
pces q inquam eis ortus z
Quemadmodum cum nox est
ubicumq no lucet sol intelli-
gencie et in omi regione
cordis quam no illuiat Queme
admodum igitur no ant possi-
bile est videre solem visibi-
y ante lem \ qua nox recessit Sic no
ant possibile est vide sole
y ante intelligibilem \ q nox infi-
delitatis recessit Et sicut
soli vident solem aput quos
dies z sic soli solem videt
intelligibilem aput quos
dies spualis de illuxione
et irradiatone ipius ampliq
Sicut cecus est corpe qui so
lem istum corporeum atq vi
sibilem vide no pt Sic cecus
est corde qui solem intelli-
gibilem corde vide no p-
valet Ceci igitur intus et
corde sunt hoc est quantum
ad spualia omes huiusmoi ero-
nei Quare no aliter disputat
de spualibus quam ceci de co-
loribus et visibilibus Asserto
g eorum omnis et contradictio
est cecorum de coloribus // Am-
plius / Terra vel nube vel
luna inposita inter aspiciē-
tem et solem no contingit
aspicientem ad solem vide
nisi inpositum sic et omis
huiusmoi erronei cum inter
eos et veritate salutarem
inposita sint infidelitatis
sue mendatia no e possibile

eos vide nisi illa Inter posit
aut phibentibus no pueniut
aspectus eorum adipam veri-
tatem / Sicut dicit Salom
pu 18 · Non recipit stultus
vba prudencie nisi ea dixis
que versantur incorde eius Et
quam manifestum z ab intellectu
nulli atq passibili aliud vide
ri seu cognosci nisi irradiatoe
sua sup illum et apparitone
forme sue in illo qum ipse
est velud speculum intelligibile
atq nobile omnium formarum in-
telligibilium hoc est in quo
resultare et pingi quodammo
decent omes forme intelli-
gibiles resultatone et pic
tura sibi convenientibus ma-
nifestum est consequitur quia
nec incrassato intellectu nec
declinato nec perinpositorum
phibito Quemadmodum
nec inspeculo dispositonum
seu comparatonum istarum Ma-
nifestum est tibi q intellec-
tu heretico cum loco rectitudinis
et puritatis habeat curvitudine
et in inmundiciam loco dicte
oppositis ad veritate saluta-
rem habeat declinatonem
ab ea et aversionem loco libe-
ris seu cuspectus habeat inpo-
situm phibens ab eo irradi-
atoem ab ipsa veritate salu-
tari Manifestum est tibi
quia inpossibile z in huiusmoi
intellectu fieri desceptionem
seu apparitom huiusmoi veritatis

Salom

et qui non solum sol in lumine
suo ex lumine videtur quod
infundit videntibus sed etiam
omnis res alia et quantum ad
sensus exteriores et quantum
ad intellectum materiales / quanto
fortius est ut sol intelligentie
atque iusticie vere est ut non
videatur nisi in lumine et ex lumine
quod ipse infundit videntibus
et hoc infusione gratuita ac
liberali non naturali seu naturali /
qualis est effusio lucis a sole
et caloris ab igne quorum
potentie naturales atque sim-
les nominantur naturales quidem
que absque discretione et distinc-
tione ex bonis et malis ad
bona et mala operantur. Eque
enim illuminat sol eque fundit
lumine suo rapientibus et
occidentibus ceterisque maleficia
perpetrantibus ut pie agenti-
bus. Similes non quia ut alibi
dedicisti nulla operatur premodum
sinentis eius non est vel aliud
vel aliter facere quam accepit
in mandatis. Ignis enim habet
in suis ... ut alicubi ab
adustione ... vel ut unum
quam aliud magis que nunquam
tale faciat sed totum facit
ex necessitate in qua aut ex
propria liberalitate utrunque ac
ab altissimo deo longe est
in ultimo elongationis. Et
propter hoc omnia bona que ex
ipso sunt vel dona sunt lar-
gitatis ipsius et beneficia
pietatis // Amplius si fides
esset naturalis eadem esset apud
omnes. Iudicis enim que naturalia
sunt in hominibus non invenimus
diversitatis / aut contrarietas. Circa
igitur tanta est circa fidem
dissensio / tanta circa ipsam con-
tradictio / tanta deinde eius
ignorantia / pene in maiori
parte hominum / quia nec dum
venit ad largissimam barba-
riem occidentalem / et aquilo-
nalem / cum tamen esse non possit.
Manifestum est ipsam esse
ex divine bonitatis electione
gratuitum quod ipsius donum. Hec
igitur et alia multa sunt ridi-
cula hereticorum stulticie / quibus
magis videnda et irriden-
da apparent hereticorum delira-
menta quam disputatione
digna / cum in eis que de-
sunt omnino naturales sunt et per
hoc animaliter seu brutaliter
decipiis latitent / et more pu-
erorum insipientium / et egrorum
aliena loquentium / instar fre-
neticorum / ut dormientes de hiis que
nunquam viderunt fantasias
suas delirantium / hiis autem
ita se habentibus transitum
ad alia faciamus etc.

Postquam autem pate-
fecimus fidem hanc
de qua hic agimus
primam esse atque initialem
et quasi capitalem dei al-
tissimi honorificentia que
caput mentis humane id est
intellectum quasi ad adorandum
et venerandum ipsum summum

incitat et inclinat / Sequitur
post hec ut declaremus ipsam
esse cum necessitate unam in quan-
tum est unum et adunari po-
pulum dei qui vere est ipsius
cetus seu congregatio
ipsum vera religione colentium
1o Dicamus igitur quia fides
uno modo una est in se ipsa
secundum essentiam suam non enim
oportet ut diversificetur propter
diversitatem creditorum / aut ut
multiplicetur propter multitudinem
eorundem Et hoc est quoniam
non est a rebus sed est divine be-
neficencie gratuitum donum et
gratia infusa desursum Si autem
esset a rebus necessario seque-
rentur disposiciones rerum in uni-
tate et multitudine et in ydem-
ptitate ac diversitate Quem-
admodum enim arismetrica
et geometria diverse sciencie
propter diversitatem rerum
de quibus sunt et a quibus
eciam sunt velud umbre
et ymagines earum relucen-
tes in speculo intellectus Sic
necessario fides ac creduli-
tas que a rebus sunt aut
eedem sunt per ydemptitatem
earum aut diverse per diversitatem
ipsarum Vis autem intellectiva
que non est a rebus sed
ab uno datore omnium bonorum deo
non rerum disposiciones sequitur
ut diximus sed imitatur unita-
tem cause sue manens una
et eadem non obsistente diver-
sitate vel multitudine intelli-
gibilium Sic et fides ab uno
et eodem datore deo una per-
sistit et eadem et non impedien-
te diversitate vel multitudine cre-
ditorum seu credibilium Evidens
autem exemplum est in virtute
visibili et visionibus que con-
eadem causa una est qua fides
et vis intellectiva ille non diver-
se et multe propter eandem causam
qua arismetrica et geometria
Fides non caucionaria seu pig-
noraticia hoc est probacionibus
suasa vel extorta que a rebus
est quemadmodum et sciencie mor-
tue sequitur disposicionem rerum
Et propter hoc diversificatur seu multi-
plicatur secundum diversitatem et mul-
titudinem rerum de quibus et
a quibus est / Secundo fides una 2o
est unitate creditorum non quia
illa unum est sed quia una sunt
id est communia credentibus Co-
munium autem credendorum que
vulgariter articuli fidei vocantur
Alia sunt velud radices pri-
mitive et fundamenta prima-
ria Alia sunt sicut rami
descendentes ab huiusmodi ra-
dicibus et sunt partes divi-
sionis quas tibi nominabimus
et enumerabimus in sequentibus
Quod autem certus sit numerus huiusmodi
credendorum et determinatus inde
manifestum est Si enim infi-
nita sunt infinitas / aut in-
transibilis / aut transibilis In-
transibilis autem non solum doc-
trina et erudicione sed eciam
cogitatu et narracione //
Quare neque ad narracionem
huiusmodi credendorum sufficiet

doctores neque ad auditu vel
cogitacionem cordis sufficiet homines
consultoriumque igitur ad credulitatem
ipsorum vel cognicionem Impossibi-
le est igitur hominibus credulita-
tas cordis et cognicio Credulitatem
tatem aut talium nate est esse
fundamentum religionis ut
positum est Manifeste igitur
dubium est religionem non posse
fundari Cum corda hominum in
quibus solis fundanda est
religio credulitate infinitam
sive infinitorum portare non
possint et ipsi operarii seu fun-
datores hoc est doctores et
predicatores fundamentum
huiusmodi neque docendo neque predi-
cando neque etiam super narra-
do predicare nullomodo sufficiat
Neque enim viribus humana ad enar-
racionem infinitorum sufficit et
etiam si sufficeret tempus hoc
est faciendi ambita ista non
habet Cum tempus vite istius
finitum sit Infinitis autem
narracionibus quantitatibusque de-
bitibus tempus finitum sufficere
non possit eo quod nullum fi-
nitum infinita tanta qua-
cumque quantitate demonstrata
continere possit Si enim posuimus
a. omnium credendorum et cogita-
tu et narratu brevissimum
tempus quale est dum esse
tu omnium aliorum credendorum
narrantes tempora aut equales
aut maiores sunt concessi-
tate necessario tempus narra-
tionis omnium aliorum simul sump-
tum continebit infinita tempora

tanta vel maiora quam est
tempus narracionis a. Cum
nec brevior articulus ipso a.
nec brevioris narracionis inve-
niri possit ponere igitur infinita
esse huiusmodi de quibus loquitur
est destruere credulitatem cordis
que est fundamentum religi-
onis et per consequens hoc religionem
infundabilem facere Quare
et inedificabilem hoc ergo
est destruere religionem et au-
ferre eam de medio doctrinam
ac predicacionem fidei atque re-
ligionis Restat igitur finita
esse et determinata numero crede-
nda ista fundamenta seu fun-
datoria religionis Cum autem
religio una et omnibus debet
esse in hominibus Erit necessario
unum et idem ipsius funda-
mentum oportet esse in eisdem
Non est aut dubium quod unam
et eandem oporteat esse religi-
onem qua deus colatur
eique placeatur et fruatur ab
omnibus Quod enim religionem
unam oporteat esse in omnibus
qui religionis capaces sunt
inde manifestum est Cum
nec debitam vite honesta-
tem cuique non observare liceat
est nec debitum deo cultum
eidem non impendere Cuiuscumque
igitur sit deo debitus est
ei super cultus qui sit ei
sine iniuria subtrahi vel
denegari Iuxta hanc viam
manifestum est non esse debi-
tam vite honestate que sit
dehonestacione vite sit non
servari Non servari inquam

abeo qui capax est huiusmodi ho-
nestatis Eodem modo intelli-
gimus et de cultu Quia pro-
cul dubio non est summus deo
debitus cultus quo quisque qui
ydoneus est ad ipsum colendum
potest eundem absque iniuria de-
negari veritate unitate et unica
atque omnem fidem fundamen-
tum religionis esse communibus
Cum nulli umquam licitum esse
possit aliam vitam agere
nisi qua deus colitur qua
ei placeatur atque servitur Una
igitur esse katholicam fidem
quam latine universalem di-
cimus seu quem unitate et unicus
atque communis religionis funda-
mentum Amplius una est
veritas rerum divinarum in se quam
non diversificat nec variat
in aliquo diversitas hominum vel
varietas eorum Non enim pen-
det ullo modorum veritas rerum
huiusmodi ex habitibus vel dispo-
sicionibus eorum Unica autem veritatis
una est apprehensio conformis
ad apprehensum vel apprehensa
licet modi apprehensionum va-
rii Una igitur ista apprehensio
propter causas quas diximus
non potest esse in quantitate hominum
nisi credulitas Unica una i-
communis est credulitas huiusmodi
rerum Et quia est in quantitate
hominum Sicut et communis et veri-
tas Credulitas in qua sicut super
quam tamquam fundamentum
edificandus sit divinus cultus
veraque religio Super errores
enim neque cultus sincerus neque

vera religio ullomodo funda-
ri potest Cum error pertinax in rebus
huiusmodi blasphemia sit et impie-
tas adversus deum Eadem via
est ondere quia communis et vera
credulitas de rebus aliis quam
divinalibus Eadem enim et veritas
rerum aliarum ad religionem pertine-
ncium eadem in quantum apud omnes
et ideo communis Deinde autem omnibus
veritate communis est necessario
vera credulitas Quare ma-
nifestum et de rebus ad re-
ligionem pertinentibus sicut
communis est et eadem apud omnes
veritas Sic quem veram esse
credulitatem et eandem apud
omnes Quidquid autem contra
veram credulitatem est error et
Consequens igitur est omnem
credulitatem que communi fidei
contradicit errorem esse impie-
tatis et ideo gladio et igne
exterminandum Amplius Cre-
ator unus et potencie modi
in se et quidquid est in se ipso
creator equaliter est omnibus
Quidquid igitur debetur ei
propter se debetur ei ab omnibus
communiter Similiter ipsa natura
hominum eadem est apud omnes
et naturalia eadem apud omnes
Quare quecumque debentur
creatori iure nature vel na-
turali et iure naturali communiter ei
debetur ab omnibus et apud
omnes Quare cultus qui deo
debetur naturaliter sive propter sui ipsius
excellenciam sive propter donorum
et beneficiorum naturalium obliga-
cionem communis est et idem apud omnes

Quare et credulitas vera de re-
bus omnibus ad cultum eius et
religionem veram pertinentibus
que fundamentum est cultus
ei debiti et vere religionis
eadem est quantum ad credita apud
omnes et si in modo credendi
possit esse multa varietas / Di-
ligenter igitur intende in duas
istas radices quia iste eviden-
ter cogunt unam esse veram fidem
et quem apud omnes videlicet
communitas et irredemptibilitas veritatis
credende Communitas quoque et irrede-
mptibilitas debiti et obligationis
quibus universitas hominum seu
species humana obligata est ad
colendum et honorificandum
creatorem Et attende quia
sicut nulli phas est quantum
solvendo sit hoc debitum cultus
et honorificencie creatori non
solvere vel negare / ita nec ve-
ritatem eius vel verum ad
ipsum pertinentem sive ad cultum
et honorificenciam eius perti-
nentem dissidere vel contradicere
quod est corde vel ore negare
Et adeo nec a communi fide nec a
communi cultu licet cuique recedere
vel privatim aberrare // Am-
plius Aut aliqua sunt fin-
tia que communiter exhibenda
sunt deo ab omnibus hominibus
et quibus sine blasphemia
contradici non potest aut non Et
si dixit nulla esse humana Dicitur
ergo nichil omnino habere veram
religionem sive divinum cultum
Si enim absque dei contumelia
vel blasphemia potest dici vel
ab uno vel a pluribus de quo-
cumque finito quod ipsum deo alti-
ssimo non debetur Ergo pro-
culdubio nullum ei finitum
penitus debetur Si enim aliquid
ei debetur de illo non posset
dici sine dei iniuria quod ipsi
debetur Quare si de quolibet
finito potest dici sine dei in-
iuria quod ipsi non debeatur
penitus nullum ei debetur /
Amplius Evidenter certum est
quia sine dei iniuria et con-
tumelia non posset dici deum
non esse adorandum venerandum
orandum et multa sunt huius
similia Quare est manifestum
aliqua esse finita que ne-
cesse habent omnes homines
deo recognoscere et confiteri
et exhibere Hec autem infini-
ta esse non possunt Quoniam
si infinita essent non solum
exhiberi non possent sed neque
etiam cognosci neque numerari
neque nominari Certa igitur
et numero determinata sunt fin-
tia que communitas hominum ex ne-
cessitate tenetur impendere
deo altissimo / Hoc autem aggrega-
tio est necessarie divinus cultus qui
scilicet ex necessitate deo exhi-
bendus est hoc est preter
voluntaria et supererroga-
ta Quia vero divinus cultus
operibus tamquam effectibus pen-
dent affectiones tamquam cau-
sa Et in ipsis affectio-
nibus apprehensiones eadem
comparatione et numero necesse

est diuini cultus opibus sub
esse certas et determinatas app
hensiones ex quibus procedit
affectiones que causa sunt
operum diuini cultus Hec autem
apprehensiones non possunt esse
certitudines in ignitate homi
num propter breuitatem intellectus et
paucitate excitationis vel
ingenij omnium simplicium et in
doctorum Quare conceditur
huiusmodi apprehensiones non possunt
nisi credulitates aut opinio
nes Cum ergo prima sunt
in eis que ad veram religionem
et cultum diuinum pertinent
necessario principia et fundamenta
et radices illius sunt Ma
nifestum igitur quod certas esse
et determinatas unius apprehen
siones de hijs que pertinent
ad fundamentum religionis
Cur et ipsa apprehensa hec
autem sunt que vocantur arti
culi fidei Secundo quod et
quemadmodum ullius homi
num conceptus quod nisi privilegio
dyabolico quod est pertinax
in deum blasphemia vel con
tumelia eius sed quod sacrilega
negacio Conceptus inquam
ab operacionibus deo conuenien
tibus debitis sic neque ab affectio
nibus ex quibus debent
esse huiusmodi affectiones operatio
nes Quare neque ab apprehen
sionibus que causant huiusmodi
affectiones hec autem sunt precipue
rum diuinis apprehensiones
radicales articulorum fidei et
credulitates ipsorum Quare ma
nifestum est a credulitate ar
ticulorum fidei nullum hominem
credulitatis capacem esse ex
ceptum ymo ad illam eos in
re teneri omnes et singulos
quo tenentur ad ipsam religionem
atque diuinum cultum Et hij arti
culi sunt fides que creditur
et fides katholica .i. vniuer
salis in qua sola necesse est adu
nari et vniri omnes qui ad
veram religionem eliguntur
et aggregantur propter ipsos Am
plius Nulli dubium est
neminem deum colere nisi qui
credit ipsum esse et nisi qui
credit de illo ea propter que
merito debetur cultus quem ipsi
impendit Ubi quia Nemo
exhibet ei seruitutis officium nisi
qui credit et reputat eum
dominum Similiter nemo impendit
ei latrie cultum nisi qui
credit ipsum esse deum Et
iuxta huiusmodi modum nemo
orat vel adorat illum nisi
qui se credit eum posse et
velle iuuare Et ita se habet
per singulas partes diuini cultus
ac vere religionis Quare
manifestum est cur generaliter
sunt partes similes
et eorum tota que integro
diuini cultui hoc est operacionibus

debitis deo servitiis aggravato
subest cum necessitate fidei
integre hoc est cum omnibus
articulis aggravata. Ad quorum
credulitatem univoce tenentur
qui ad exhibitionem divini cul-
tus et vere religionis ob-
servanciam obligati sunt //
Amplius. Nullo privilegio
exemptus est intellectus huma-
nus a cultu divino et vera re-
ligione quemadmodum neque
affectus. Ea autem que in intellectu
sunt hoc est apprehensiones
principia sunt et cause et
fundamenta eorum que sunt
in affectu hoc est affectiones
cause sunt et principia et fun-
damenta eorum que sunt
in effectu id est operacione. Vere
religionis intellectus causa est
et principium atque fundamentum
totius sequentis religionis
atque divini cultus. Religio autem
intellectus non potest esse nisi
apprehensio. Apprehensio vero
in dignitate horum non potest esse
nisi certitudo propter causas
quas diximus. Quare credu-
litas univoce religio est in-
tellectus. Necesse autem est omnem
intellectum capacem religionis
religiosum esse ne et deo
iniurietur et ne penam tante
iniurie debitam merito
incurrat. Omnem igitur in-
tellectum humanum necesse est fundari
in credulitatem religiosam
intellectum autem qui capax est

Nota hic secundum hoc signo diversos modos
deo obsequendi et quis illorum sit verus
et remunerandus

illius. Quod diximus propter
parvulos et alios impeditos
licet autem credulitas quia ne-
cessaria est de hiis que pre-
veniunt in nobis affectiones de
quibus sunt operationes divini
cultus univoce est de rebus
quas diximus et de similibus.
Manifestum igitur est iam ex
hiis humanum esse conditum ad
credulitatem religiosam et
fundamentum religionis et
haue esse dictis articulis
et universo dictaminatis inquantum
necesse est hominum omnes veros
religiosos verosque dei cul-
tores. Nec unio non est
nisi concordia consensionis
et credulitatis in huiusmodi ar-
ticulos. Amplius. Omne ob-
sequium quod deo impenditur
aut impenditur ei ex amore
recto et puro qui scilicet gra-
tuitus aut impenditur ei ex
timore reverentie vel offen-
se aut ex timore pene vel
ex pudore aut ex spe venie
aut gratie aut ex spe remu-
nerationis. Quod si ex amo-
re credit igitur eum esse
bonum qui ei hoc impendit.
Nulli enim impenditur verus
amor et purus ab aliquo
nisi credat illum esse bonum
et in tanto bonitatis sue dignum
amore esse dignum. Veneratio
autem et cultus qui intuitu
solo bonitatis ipsius eidem
impenduntur purissimi sunt
atque rectissimi et meis pa-

purus atque potissimus amor
est. Amor inquam actus
amor enim habitus seu virtus
non proprie fruitur sed magis
fruitus licet spontanea et
iocunda atque ideo libera dicen-
da est. Anima enim non dicitur
amore frui. Eo quod quecum-
que precedunt obsequia so-
la gratuita sunt hoc est gratis
impensa. Et propter hoc sola
ipsa sunt dona et munera
quare sola remuneracione digna.
Immo quod amplius est in eis
solis locum habet remune-
racio. Cum remuneracio non
dicitur nisi respectu muneris
seu munificacionis precedentis.
Remuneracio enim est reflexa
seu recepta in primum munificatorem
seu predonatorem munificacio.
Cum enim non gratis sed ex neces-
sitate quacumque fiunt sive
ex timore seu ex pudore sive
spe mercedis sive ex pacto sive
ex quocumque alio debito non
proprie remunerandus dicendus
est sed magis ei precium operis
sine elocate reddendum. Sed
de hoc alibi lacius diximus.
Revertamur igitur et dicamus
quia quibus innotuit divina
bonitas in ultimo ponimus
modum redundantissima
et implens omnia secundum proprio
capacitatis et possibilitatis
eorum vel pocius perfundens
ea perfusione largissima

quantum in ipsa est volunt ea
amore puro et recto. Et propter
hoc volunt eam gratis. Non enim
capiunt secundum habundanciam inun-
dacionis eius sed velud perfusio-
nem tenuem et apposicionem pro mo-
dicam illius. Et ut ad hunc
dicamus totum quod appetit
et quod bonitatis imbuitur
serie secundorum et in ipso summo
a summo usque deorsum non est
nisi vestigium tenuissime im-
pressionis et velud umbra dis-
similime appreciacionis abissalis
bonitatis illius quam nec
assequitur loquela nec attingit
cogitatus. Anima igitur non est
possibile ut ametur deus a-
more isto purissimo atque
gratuito nisi et cognoscatur
aut credatur esse bonus et
amore huiusmodi dignus. Quam
festum est quod ex amore huiusmodi
non potest coli deus absque appre-
hensione vel certitudinis vel
credulitatis qua apprehendatur
eius bonitas. Et ad hunc
modum se habet de timore
et pudore et hiis affeccionibus
quas nominavimus videlicet quia ne-
cesse est unamquamque huiusmodi
affeccionum habere apprehensionem
preambulam et apprehensum
certum ubi gratia. Quemadmodum
amor quem nominavimus
habet apprehensionem bonitatis
preambulam et bonitatem
apprehensum. Et timor habet
apprehensionem potencie vel

iusticie et potencia vel iusti-
ciam apprehensivam Similiter prudencie
apprehensionem sapiencie et sapienciam
apprehensivam et ita de alijs/
Manifestum igitur est quod sicut
quia cultui divino congruencior
que est vniuersitas fruitorum
quibus deus colitur subest
concurrentibus vnus affec-
tionum tam spaciosus cultus con-
tiorem opum et huic subest
contrarius vnus apprehensionum que
sunt fides qua creditur Tamen
plius/ Contrarium negacio et
incredulitas supplicijs vin-
dicanda et exterminanda est
contra credulitas et confessio
necessaria est necessitate debiti
sive obligacionis atque salu-
tis Et intelligo necessitatem
obligacionis et salutis vnum-
quemque qui capax est tenerj
ad huiusmodi credulitatem et non
aliter eidem esse salutem ab eterna
perdicione Certa igitur tam et
determinata numero sunt errorum
incredulitatis et negacio est
ut diximus et hoc propter vocatur
articuli fidei Ad quorum singula
credulitatem nos artat du-
plex necessitas/ quam diximus
necesse est certos et numero determina-
tos esse articulos fidei Alio-
quin ipsa fides impossibilis esset/
hoc est inenarrabilis/ indoci-
bilis/ incredibilis/ inconfessi-
bilis/ et propter hoc nulla/ quare
et religio nulla/ que est totius
decor humane vite/ et totius
initium remuneracionis/ et fe-

licitatis eterne/ Et qui ab huiusmodi
articulorum credulitate vel
eorundem confessione immu-
nem est excusacio nisi so-
la incapacitas/ ut iam diximus
necesse est vniuersitate hominum adu-
nari et vniri concordia et con-
fessione credulitatis huiusmodi
articulorum fidei /pertinaciamque
incredulitatis et negacionis
eorum gladio et igne esse ex-
terminandam/ et tollendam de
medio hominum/ tamquam execra-
bilissimam dei contumeliam/
tamquam radicem perdicionis
pestilentissimam Cum quibus autem
dixit quia non est necesse aliquem
vllomodo quantum ab omnibus
credi sed quedam ab vno et
quedam ab alio et sic de ceteris
Error iste duobus modis
·j·: destruitur/ Primum quia ista
diversitate necesse est esse propter
diversitatem hominum quia alij
quosdam capaces sunt que
alij propter brevitatem intellectus
aut paucitatem experiencie
aut defectum doctrine aut gracie
non capiunt explicite et ex-
presse hoc est in particulari
Sed nullum est genus
hominum adeo tardum intellectu
naturaliter quin saltem in vniuersali
et generali credulitate quod
quid ad fundamentum vere
religionis pertinet capere non
possit/ Nullus enim est omnino
in omnibus qui credere non
possit verum esse quidquid
sacris eloquijs continetur
quidquid spiritu dei edocti

homines docuerint credendum
esse. Similiter dum esse de deo
quidquid prophete de ipso credi
derunt vel prophetaverunt. Nullus
est adeo pertinax qui non
facile acquiescat ut credat
imitandos esse sanctos et sapien
tes viros imitandos in quantum
et fide et moribus / et quin
non facile credat huiusmodi ho
mines videre non posse veritatem
quam indocti et vulgares ho
mines non dum capere sufficiunt.
Cum autem sic credit / credit
utique credulitate universali
quidquid credendum est de
talibus. Nulli autem homini licet
credere contrarium / vel discredere
econtrario. Nulli enim licet credere
in sacris eloquiis mendacium
aliquod contineri / vel sanctos dei
doctos homines mentitos
in aliquo fuisse. Similiter nulli
licet credere sanctos et sapientes
viros in fide aut moribus
errare / Manifestum est igitur
quia in universali credulitate
credendorum salutarium unien
da est omnitas hominum / et quia
nullus est excusatus quantacumque
tarditate intellectus ab huiusmodi
credulitate / parvulos enim / et
morones / ac furiosos ceterosque
huiusmodi passionibus alienatos /
seu mente captos / tamquam
naturali impossibilitate prohibitos /
et omnis indocibiles / dum huiusmodi
passionibus laborant / nec credere
nec discredere aliquid teneri
dicimus. Attende igitur et vide
quia vir sapiens qui novit
vel credit in particulari sive ex
plicite et expresse singulos
fidei articulos / et vir simplex
qui paucos credit in singula
ri et expresse. Sed tamen credit
verum esse in universali quidquid
quod ille vir sapiens credit
in huiusmodi non est dispar in fide
ab ipso sapiente / et si forte in
modo fidei eadem cum credit
licet aliomodo. Credit enim
omnia in universali que vir ille
sapiens credit in particulari
sive singulari. Utique autem vel
dum / vel cogitatum fuit altius
fidei esse maiores / et altius
fidei minores seu subditos
credentes ipsis quamvis maio
res et certius et verius et
etiam in particulari singula cre
derent credendorum. Minores
vero pauca in singulari / illa
quidem et alia minus fiunt minus
quam lucide / Una enim dicitur
fides hebreorum non obstante
disparitate quam diximus
una fides moysi / et populi
cui dux ipse prepositus erat /
Una igitur sicut iam diximus
in ubi saltem nunc hec credere
omnitas hominum principia / seu
fundamenta religionis / et
hoc absque contradictione / et
repugnantia / nec obsistit
disparitas credulitatis in parti
culari / qua alius alium ar
ticulum in particularia capit

aut etiam eiusdem articuli
alius maius alius minus Ma-
nifestum est unam debere esse
ex necessitate in mundo isto ka-
tholicam seu unicam fidem
creditorum et determinatorum suorum arti-
culorum Et quia illas duas
habet differentias credendi ut di-
ximus sive duos modos eius
nominavimus universale sive
inuniversali et particulare sive
impliciti Manifestum est ex
antecedentibus quia duobus
modis ab ea receditur et ab-
erratur videlicet quando vel non
creditur vera esse fides
quam tenet et predicat eccle-
sia vel ecclesia katholica vel ali-
quid tale quando negat vel per-
tinaciter non creditur vel per-
tinaciter discreditur aut eius
contrarium creditur Eodem modo et
in particulari videlicet si uni ex
articulis non acquiescitur pertina-
citer vel si ab eis totaliter dissentitur
Secundus autem modus destructio-
nis istius erroris est quia affectio-
nes ex quibus sunt opera reli-
gionis que supernominavimus que
sunt omni generi hominum videlicet
gratitudo spes timor et alia
connaturales apprehensiones ex quibus
sunt huiusmodi affectiones necessario
que sunt omni generi hominum
Manifestum est igitur ea que
pertinent ad fundamentum
religionis quia esse omni
generi hominum et nullomodo
esse divisibilia nisi sicut di-
ximus videlicet ut in solo mo-

credendi non autem incredulitas
sit apud eos diversitas ulla
aut modo in ipsis creditis
repugnancia vel contrarietas
Manifestius autem fiet quod
diximus si ea ipsa de quibus
fides a nobis exigitur nomi-
namus et invenimus &c

Dicamus igitur quia *Creator dei*
primum et radicale
fundamentum omnium
credendorum est esse ipsius cre-
atoris hoc enim sublato nihil
de eo creditur propter quod ei ho-
norificencia impendatur
Nullus ei honor nullus ti-
mor nullus amor impenditur
et item nulla spes erit in eum
nulla de eo fiducia Quare
nec curabit vel cogitabit
etiam Et ideo manifestum
est incredulitatem huius ar-
ticuli atque negacionem ipsius
destructionem esse divini cultus
et subversionem totius reli-
giosi edificii Manifestum
igitur est hunc articulum
esse primarium et fundamentum
atque caput fidei que cre-
ditur ut sepe diximus et
nulli homini posse esse excusacionem
de eius pertinaci incredulitate
aut negacione preter illas
excusaciones quas diximus
Post hunc sequitur consequenter *Unus dei*
unitas sive solitudo ipsius
in nobilitate et supereminencia
sua propter quod consequenter
credendum est ipsum creatorem
esse unum solum et non esse
ei exequatione vel coadiutorem aliud

ullo modo sed ipsum solum
esse et principium et principem
universitatis ac singularis et
universalis imperii dominum domina-
torem. Contra quem articulum
blasphemant nefandissimi
manichei qui duo principia videlicet
bonum et malum et duos
principes lucis et tenebrarum
et duos principatus sive regna
duas quoque universitates sive
duo universa bonorum et ma-
lorum impurissima pertinacia me-
tiuntur. Non intelligentes quia
utrumque principium et principem
et etiam regnum sive principatum
ponunt dimidium et consequenter
quod nos alibi declaravimus.
Impossibile enim est esse prin-
cipium absolute cum est coequum
aliud et impossibile est esse
principem absolute cum est com-
par aliud. Omnis enim multitudo
ante se habet unitatem et omnia
contraria contrarios habent ante
se aliud. Quare impossibile
est ut aliquod eorum sit prin-
cipium absolute principium enim
absolute et primum absolute
est. Non enim est principium
nisi sit primum. Omne enim quod non
primum est principium aliud et
omne quod non principio est primum
aliud. Hunc autem errorem
et alios huiusmodi sufficienter
et irrefragabiliter in eo tractatu
quem de principio et de principe
universitatis scripsimus. Ubi enim =
dentur ondunque quia principium
universitatis est deus unus
verus et solus. Circa autem
blasphemia quantaque dei con-
tumelia sit deum preter
providum et auferre ei me-
dietatem sui esse regiminisque sui
et glorie et attribuere eam ini-
mico eius capitali implacabili
et inpacabili ponere modo
qui non videt nichil videt.
Quod procul dubio faciunt de-
mentissimi manichei quorum
perfidiam deo adiuvante a deo
evidenti et approbata destruc-
tione subvertere proponimus ut
decius in summa etiam vulga-
ribus et indoctis hominibus
satisfaciamus. Tertio loco sequitur
trinitas personarum sive personarum
ordinem qui non credit tamen non
minus sit unaquaeque personarum
quam ipsa essentia divina ullo
modorum super omnem estimationem
detrahit glorie divine. Specialiter
autem ipsi persone quam esse ne-
gat. Verus unaquaque supra
modum blasphemat contra
singulas et sicut supra
diximus nullum vestigium
illi relinquit divini honoris
aut cultus. Cum eodem iure
pari et debito equali divinus
honor pariterque cultus omnibus
illis debeatur personis. Amplius
si quis negaret deum tres
esse numerum non est dubium
quin intollerabiliter blasphemaret
cum sibi incomparabiliter maior
sit gloria ipse filius generationi

Infra ostendit
Quod adoracio · p. iiii
veneracio · lxiiii
purificacio · lxx
sanctificacio · lxx

suo quam mundus creatori
et tanto utique maior quanto
ipse filius maior est mundo ap-
te incomparabiliter nequius blasphe-
mat qui negat deum patrem
genuisse filium quam qui ne-
gat eum creasse mundum /
Et adhuc modum est onde-
de spiritu sancto qui est primum
et maximum donum largitatis
ipsius eo quod apparet quantum dive
largitati detrahit qui huiusmodi
donum eos non procedere contendit
cum enim omnia alia dona com-
paratione istius nichil sint ma-
nifestum est quod quasi nichil
dive largitati reliquit compara-
tione eius quod ei detrahit qui do-
num spiritus sancti eidem auferre
presumit // Amplius deo aut quis
sunt dicere propheta Delectasti me
domine in factura tua Quanto
fortius dicere potuit Delecta-
sti me domine in genitura tua
propter filium et in processura tua
propter spiritum sanctum Ex hiis igitur ma-
nifestum est tibi quia quecumque
de deo credenda sunt aut sunt
ei per se hoc est sine respectu
et comparatione rerum aliarum a-
lio et si sunt per se primum sunt
ea que diximus primum consequen-
cia ex hiis et consequencia
notamus eternitatem simplicitatem
impassibilitatem equalitatem
personarum unitatem et multa
alia que posito fundamento
trinitatis de necessitate sequuntur
personas vel aliqua vel aliquibus

corporis sicut in precedenti
tractatu declaravimus / Verum-
tamen hec que primissime prin-
cipalia sunt et radices ac
fundamenta aliorum videlicet
esse ipsius creatoris et soli-
tudo seu singularitas nobi-
litatis ac supereminencie sue
deinde trinitas personalis Et
attende diligenter cum ali-
quatenus incipimus aperire tibi
viam qua cognoscatur que
necessitas nos urgeat et ar-
ceat ad credendum trinitatem
personarum / Eorum que de deo sunt
et dicuntur respectu et
comparatione rerum aliarum prima
et radicalia sunt potencia (radicalia dei)
et sapiencia et bonitas sive be-
nignitas / Omnia enim alia
consequencia horum sunt sicut
quod deus creator quod dicitur
pater quod deus invitans quod dicitur
salvator quod dicitur lux vel dominus
hominum et similia Et ex apprehen-
sione vel credulitate horum
tamen oriuntur omnes partes
divini cultus / Ex altitudine (p. iiii Bapt)
enim et supereminencia poten- (potencie)
cie oriuntur adoracio et vene-
racio atque purificacio et sa-
p. iiii nctificacio / Et adoracio nichil
aliud est quam subieccio
humilior vel devocior et humiliacio
nia qua nos eidem subesse
adsimulandum et pendendum
nunc plenissimus recognoscimus
ac singularissimus / Venales sunt
inclinacio genuflexio et
prostracio Ad hoc eciam pertinet
petitiones id est oraciones et de-
precationes que ad ista pertinent

referuntur et que de diuinitatis
sima potencia eius et nostra
subieccione adipsum composita
faciunt mencionem huiusmodi enim
oraciones eciam adoratores sunt
6ᵐ Veneracio enim tercio quam adipsum
non nisi loti non nisi purificati
neque ad eius seruicium accedere
presumimus et ipsa est lota
sacra initiare et sacra con-
trectare alias hec est sine
comparacione huiusmodi declinamus
pertinet ad hanc veneracionem
locorum sacrorum mundicia decor
et magnificencia similiter va-
sorum et ornamentorum eorundem
et singularis apparatus pertinet
ad eandem tanquam celebritas
psalmodiarum quoque et leccionum
iteracio et tota festiuitas mu-
Ta ᵐ pitalis purificacio nos et sanc-
tificacio adeo note sunt ut pu-
5ᵐ Sapiencia ti declaracione non egeat // Sa-
piencia vero qua omnia ad unguem
lucidissime intuetur deus
oriuntur timor et pudor et sol-
licitudines quas timor et pu-
dor pariunt et alie affecciones
ab eisdem generate quibus deo
displicencia declinantur et
eidem placencia queruntur
et fiunt // Non enim potest fama
seu fixa et lucida esse de
aspectu siue intuitu dei super
omnes cogitaciones nostras
affecciones et operaciones creature
qualitas quin timorem et pudo-
rem intuentibus formidandorum
et erubescendorum et alias
affecciones que sequuntur ex hiis
uel comitantur easdem Omnia
enim moralis dei agere et hoc
impudentis et intimorate non
est hominis qui credat eum
aspicere et videre Attende
autem in hiis duobus videlicet
potencia et sapiencia quante im-
pietatis sit pertinacia qua
male sentitur de altero eorum
Cum enim credit de dei pote-
ncia quod ei superior sit alia aut
ei equalis uel eius quod alii sub-
diti esse debeamus procul dubio
uel totum honorem suum eidem
aufert uel dimidiam partem
ut diximus Et quicquid dat
ei non esse subditum quantum
ipse est aufert illi Similiter
et qui negat deum omnia
videre ad unguem et lucidum
ingitque intueri nichilominus aufert
ei de sapiencia sua quantum in ipso
est et peius dicit ipsum uel
impote cecum uel quasi occu-
patum uel dormientem
Hec autem omnia aperte contraria
sunt contra diuinam po-
tenciam et sapienciam aperteque
blasphemie et ideo hereses
denuare contra eos arti-
culi erunt fidei omnium duos
oppositos quorum alterum tercio hec
sis utique est reliquum esse
articulum fidei Et si aliud
est substancia religionis
reliquum erit edificatiuum
eiusdem // De bonitate vero tm Bonitas
nobis oritur amor ut dixi

tum in se ipsa bonitas conside-
rata fuit et firma et lucida
credulitate apprehensa. Cum autem
ad effectus et operaciones relata
fuit seu comparata inveniuntur
quatuor eius comparaciones
et nominaciones. Et primum nomina-
tur gratuita beneficencia ex qua ori-
untur partes divini cultus ex una
radice virtutis procedentes que
in eodem nominatur devocio sive
aptius gratitudo. Harum prima
est graciarum accio. Secunda benediccio
que est honoris impertacio. Tercia
est laudacio que est benefactoris
magnificacio. Quarta est glorifi-
cacio que est predicacio publi-
cacio seu divulgacio seu diffa-
macio benefactoris et beneficiorum
ad alios. Gloria enim nichil aliud
est quam clara sublimis et
lata fama. // Secundo nominatur
una iniquitatem vel leniat vel tol-
lat miseriam ex qua oriuntur
iste partes divini cultus ex una
virtutis radice procedentes que
species venie et gracie nominantur.
Harum prima est deprecacio que est
pro malis leniendis vel tollendis.
Secunda est oracio que est pro bonis
obtinendis. Tercia afflictio ut
ieiunium et alie maceraciones.
Quarta est oblacio seu sacrificium.
Quinta elemosina que est mise-
ratorum quorumcumque subvencio
hoc est tam spiritualis quam cor-
poralis. Et iste quinque partes cultus
divini que ex prenominata
virtutem oriuntur tam ad impe-
trandam veniam vel graciam
referuntur hoc est tam ad gra-

tiam. // Tercio nominatur iusticia
ex qua procedunt timoris oritur
declinacio malis preteritis et
pena tam preteritis futuris et hoc
est tam ista duo ad effugiendam
divine iusticie vlcionem referuntur.
Quarto nominatur magnifica lar-
gitatis obsequiorum remunera-
trix ex qua oritur species remu-
neracionis et circa omne obse-
quium divini cultus inquantum
ipsum via est ad unitatem eternam
hoc est inquantum per eam tenditur
et nititur ad ipsam. Non
enim dubium tibi esse debet
quin eadem opera ex tiora divini
cultus possint esse ex diversis
virtutum radicibus et propter
fines varios et diversos. Idem
enim sacrificium offerri potest deo
altissimo et ob honorem ipsius
tantum et propter impetrandam veniam
tantum et ad impetrandam graciam
tantum et ad obtinendam eternam
remuneracionem tantum et quinque
propter hec omnia simul si pla-
cuit offerenti. Considera igitur
diligenter ista quatuor et ra-
dicem ipsorum divinam bonitatem
et apparebit tibi evidenter
quam necesse est et ut cre-
datur divina bonitas et ut
concedatur absque quibus nulla
est excusacionum quas diversas
est quia heresis est credere vel
dicere non esse bonum vel magis
bonum hoc est propter non bo-
num vel mutabiliter bonum vel
non esse maxime bonum. Eodem
proximacione etiam ita gratuita

cius benivolentiam ut credant
non esse benivolum vel bonum
quod tamen obtineri non ab
eo vel per eum. Et ideo non
gratis eum benificare quibus
vult sed ex necessitate. Heretica
procul dubio falsitas est
credere contrarium articulis katholice
veritatis. Iuxta hunc modum
sunt errores et negationes
contra iusticiam et misericordiam et re
munerationis magnificentiam.
Cum enim pertinaciter credunt
deum adeo misericordem esse
ut peccata non requirat vel adeo
iustum ut penitentes non
recipiat vel adeo prodigum vel
avarum aut inconsideratum
largitorem ut obsequia sibi
impensa non curet et cultores
fautores que suos potius quam
alios non respiciat neque re
muneret non nisi magna con
tumelia dei atque blasphemia
hoc credunt. Contrarie dictis
articulis credenda sunt tamquam
partes articuli fidei. Iam igitur
declaravimus tibi quia in hiis
que dei sunt consistunt
due partes fidei et quia
una pars articulorum est in hiis
que sunt ei per se hoc est sine
respectu et comparatione ad
alias et alia pars de hiis
que sunt eidem respectu
et comparatione ad alias
et nominavimus tibi principa
lia et radicalia in hiis. Et
assignavimus etiam tibi partes
divini cultus et virtutes seu affec
tiones ex quibus oriuntur. Et
nominavimus et numeravimus tibi
ea de deo in quibus est error
pertinax et negatio seu contradictio
heresis sunt atque blasphemia.
Manifestum igitur tibi esse debet
ex hiis quia due partes fidei
que creditur inveniuntur circa
creatorem et quod sunt articuli
fidei principales atque prima
rii circa eum. Et quia nulli
est excusatio qui teneatur ad
credulitatem eorum et quia
nulli phas est contradicere vel
negare aliquem ex illis
nisi in temporibus quos diximus
ex quo quibus est fide huius
esse katholicam id est universale
hoc est ad quam sine ulla
excusatione tenetur universitas
hominum sine excusatione et
contradictione pertinaci. Apparere
etiam tibi debet ex hiis quia
adeo apte sunt in illis con
tumelie et blasphemie ne
gationum et contradictionum ut
gladio et igne exterminande
sint et credulitas istorum
articulorum etiam suppliciis in
iungenda atque inducenda dua
bus de causis videlicet quia
notissima sunt atque proxima
intellectui humano non impedi
to et non alienato. Et quia
non nisi in incredulitate eorum

cultus diuinus veraque religio
fundari potest Cum igitur due
partes fidei ut predixi sint circa
creatorem // Relinquitur ex hijs
ut tercia pars fidei circa alias
sit Inquantum primum illud est nichil
minus esse inquantumque alia re
hoc est nichil diuine excellen-
cie vel nobilitatis Secundum est
nichil esse dignum honorifice-
ncia diuini cultus et propter hoc nulli
alij rei quidquam esse diuini cul-
tus aut honorificencie impen-
dendum Tercium est mundi no-
uitas cum hijs (?) que in eo
sunt Quartum est eiusdem reno-
uatio / Quintum est nouitas
animarum humanarum in corporibus suis
et origo Sextum immortalitas
earum Septimum singularitas
corporum earum contra pluralitatem
pitagoricam Octauum resurrectio
corporum Nonum iudicium / Decimum
retribucio bonorum et malorum
Vndecimum infernus / Duodecimum
purgatorium / De hijs duodecim
inueniens errores inperitatis (?)
tam apud philosophos quam apud
hereticos Quorum destructiones
eciam scribere proponimus tractatu
vno et singulari si auxilium
et spacium dederit deus preter
hec sunt sacramenta virtutes
gratia et liberum arbitrium de quibus
eciam multa nephanda latrare (?)
non cessant heretici Et nos de
hijs quatuor sunt desuper
exceptis duobus tractatibus
completis nos expedimus

Tercia pars fidei circa alias res

si de sacramentis et libero
arbitrio atque gratia / De virtutibus
non quaquam multa et varia
scripserimus tractatum tamen com-
plere occupationibus et pluribus
facientibus non dum permissi
sumus // Reuertamur autem ad id
in quo eramus et dicamus quod
in hijs partibus fidei quas no-
minauimus inpedientibus facile
est obuiare contradicentibus
et probare probationibus contra eos
obstruere hoc est in radicalibus
et primitiuis articulis propter
propinquitatem et vicinitatem
suam ad intellectum humanum
Sunt in quibus non ita se habent
res valde enim remota sunt
ab intellectu humano et valde
improbabilia // Humanatio seu
incarnatio filij dei passio
eiusdem et mors resurrectio
et in celum ascensio et ad
dexteram patris consessio et alia
multa valde longe a nostro
intellectu inueniuntur in fide
katholica Cum ergo hijs con-
tradicit vel incarnationi
filij dei et passioni eiusdem
contra dei bonitatem blasp-
hemat non in fonte quidem
et radice sua sed riuis
maximis ipsius et deriua-
tione / Dum enim de fonte lar-
gitatis diuine tam donum ne-
gant procedere potuisse de
fonte autem tanta elemo-
sina de abissali fonte illo
bonitatis tantam vndam
effluere potuisse de inmensa

De incarnacione filij dei

fornace illa et camino
caritatis divine tanta fla-
mam emittere potuisse sine
dubio et fontis immensitatem
nepharie blasphemat dum
inundationi eius mensuras
et limites ponit Nam cum
est fonte cui non est mensura
neque numerus cui non est limes
neque finis aut terminus et sic
aulem in inundatione sicut cum
voluit cum liberum habeat
arbitrium prout voluit hoc est
quantum voluit et quo voluit
Manifestum igitur est quod
hiis qui conantur in immensita-
tem fornacis divine caritatis
inventur eiusdem flammam
et conantur infinitate et divi-
tias largitatis divine dimi-
nuunt eius donum sic et
in immensa magnitudinis
nunc dei attenuat eius ele-
mosinam Eodem modo et in
contumelia copiositatis fon-
tis abissalis divine bonitatis
respugnant eius inundationem
Cum incarnacio filii dei
sit velut flamma de camino
et fornace divine dilectionis
emittans et velud elemo-
sina dei in immensitate nunc
dei thesauro gratis erogata
et velud donum de diviciis
divine largitatis eidem donatum
et velut unda de fonte
divine bonitatis super genus

humanum emanans Nos adiuvan-
tes et miseri quia omnis fons
iuxta modum sue copiositatis
emanat Et omnis largitas iuxta
modum sue possibilitatis atque
divitiarum dignis et indigentibus
elargitur Et omnis una iuxta
possibilitatem facultatum in pau-
peres et miseros se profundit
Et omnis ignis luminositatem
suam et flammas in receptibilia
pro modo sue virtutis diffundit
Et generaliter oculis nostris si tamen
oculos habemus dicendi sunt ubi
quod istud conspiciunt quia una-
queque natura iuxta modum
sue virtutis operatur et larga
est virtutis et operationis sue in
omne receptibile illius quantum
potest cuiuscunque permittitur Sicut appa-
ret in sole cum tota qua potest
largitate luminositatem suam
atque calorem diffundit circumquaque
Ad haec igitur dementiam
devenerunt ut in fonte largi-
tatis negent esse largitatem
quam tamen oculis nostris videt
in omnibus similibus creaturis
ipsius Hos ergo mendaces
facit universitas creaturarum
largitate sua et profusione
clamans contra eos et pre-
dicans atque testificans lar-
gitatem creatoris Cum largi-
tas ipsarum creaturarum non est
nisi indicium et testimonium
largitatis ipsius fontis
de quo omnes creature hau-
riunt et ut large sunt et quod

Nota contra errorem eorum
qui non credunt dei
filium incarnatum
et probationes delic
ipso deo in ipso
fonte fecunditatis
ponunt sterilitatem

largiant(ur) In sam et miseri no(n)
vident quid scintilla pietat(is)
operata sit in multis viris s(an)c(t)is
viz ut se venderent p(ro) redempcio
ne eor(um) et captivitati addicerent
p(ro) liberacione ipsor(um) Quid ergo
mir(um) si fons totius pietatis
tale quid face(re) potuit v(e)l rege
glie et d(omi)nus celor(um) Si scintilla
dileccionis hoc minime fecit ut p(ro)
liberando subiecto filio se de
dit impiculo submissionis sa
lieus magnam post filium
Quid debuit face(re) tamen
infinitus dilectionis et fornax
immensa caritatis Ideo qui
caritas est p(ro) liberacione tocius
generis humani mabissimi p(re)cio
ms subiusti // Amplius quis
pastor eo modico q(uo)d l(ice)t amor
adonces suas no(n) dat semet
ipsum impiculo pugnans contra
lupos et leones alias q(ue) be
stias inimicas gregi suo et q(uan)to
tanto p(ro)mptius q(uan)to ipse me
lior fuit atq(ue) fidelior Quid
ergo mir(um) si deus qui caritas
est et amoris fons vivus
videns lacerari grege(m) suum
et undiq(ue) devorari a bestiis
infernalibus defendit adv(er)sus
eas impugnans quale debuit
et opus fuit Similiter quis
rex videns civitate(m) suam
et regnum ab hostibus suis
vastari p(o)p(u)l(u)m q(ue) suum carnaliter
trucidari et captivari no(n)
adv(er)sus eos consurgat imp(er)
ium et hoc tanto facilius atq(ue)
libentius q(uan)to ipse fuit sanc
tior et iustior tanto q(ue) sibi
honorificencius q(uan)to fuit

p(ro)tate sublimior Regalis
enim officii implecio no(n) solu(m)
honori regis no(n) detrahit
sed et illud adauget et am
pliat ac illustrat Quid ergo
debuit face(re) rex regum
et d(omi)n(u)s d(omi)nancium ymo q(uo)d
debuit ex regali officio
videns tantam p(ar)tem regni
sui gemens s(cilicet) humanu(m) va
stari d(omi)nus captivari ab
hostibus suis infernalibus
s(ed) cur no(n) debuit in tanto
regni sui discrimine regale
imple(re) officium q(uo)d e(st) pugnare
p(ro) regno Quid ergo mirum
si se accinxit ad prelium
si arma assumpsit et induit
in quibus dimicaret p(ro) regno
et hoc p(ro)ut decebat et ex
poscebat lex illius ceteris
Et si quis dixit quia no(n)
oportebat ut divina sublimi
tas usq(ue) in manu(m) imp(er)ia
descenderet q(ui)a hoc eam q(ue)
sufficeret cum solo verbo genus
humanum liberare posset ac re
parare Nos autem videmus
adhoc in eo tractatu que
rotamus Cur deus homo
Et alia omnia que movere
possent incredulos vel alios
imperitos viri concinaenti
ista diximus hic ut pala(m)
faceremus quod increduli in
eo ipso quod credunt se ho
norare deum contumeliam
ei faciunt et blasphemant
adv(er)sus ipsius magnitudo

cum domi honor est dantis
et magnitudo elemosine
honor est erogantis et
magnitudo flamme honor est
caminj siue fornacis et ma-
gnitudo inundacionis honor
est fontis Cum igitur bene-
ficium incarnacionis filij
dei donum est diuine largitatis
quo maius in thezauris dei
inueniri non potuit et elemo-
sina qua miserie generis humani
sanande atque releuande
efficacior atque clemencior
erogari non potuit et flam-
ma diuine caritatis qua ca-
lefaciendo atque viuificando
generi humano de camino
scilicet et fornace diuine dilec-
cionis ardencior siue feruen-
cior emicare non potuit
donum et inundacio qua
de fonte aquarum viuencium
lauando genus humanum et ex-
tinguendis eius incendijs
efficacior manare non potuit
Manifestum est quod iniu-
riam et contumeliam ipsius
fontis vniuersalis bonorum
beneficium diuine incarnacio-
nis negant increduli cum
honor fontis sit magnitudo
et magnificencia emana-
cionis Verum quia non est inten-
cionis nostre atque propositi
in hoc tractatu singulos fidei
articulos astruere probacionibus
sed fidem ipsam piam atque
benedictam et salutarem in

vniuersali stabilire veritatem ad
ipsam et stabiliamus ipsam pro-
bacionibus vtilibus et multis ex
articulis apparatis Incipiamus
igitur et dicamus quod fides
hec sola testimonium habet
et confirmacionem habet mira-
culorum nulla enim gens nulla
secta habet miracula preter
eam que fidem istam ha-
bet Et fidem istam semper
comitata sunt vel secuta
miracula que ab ipso abel
filio ade continuata sunt usque
ad legem datam per moysen
et in gente hebreorum mirabiliter
multiplicata Et ab exitu egip-
ti usque ad ingressum terre promis-
sionis comitata sunt et con-
solata gentem hebreorum nec de-
seruerunt eam donec ipsa de-
seruit fidem istam Tunc eciam
cum ipsa fide in apostolis et
alijs ex iudea credentibus
translata sunt ad ecclesiam ex
iudeis et gentibus congrega-
ta et perseuerant euidenter predi-
ctam ecclesiam usque in hodiernum
diem Ita ut ea posita poni
videantur et remota remoueri
quasi ipsius fidei sint effectus
et testimonia inseparabiliter ipsam
comitancia Nec enim ydolatre
quos paganos vulgo dicimus
neque gens machometi quos
sarracenos vocamus neque in-
dei neque heretici legum aut
sectarum illarum habent miraculi
testimonium Miracula autem
appellamus virtutis diuine

ad mirandas operationes et in-
solitas cursu quam nature consu-
etas Quales sunt suscitatio-
nes mortuorum illuminationes ce-
corum mundationes leprosorum cura-
resurrex tiones demoniacorum effugatio-
nes et religationes demonum
et similia Cum igitur tam
mirificorum operum testimoniis hanc
solam confirmare nec ab inicio
cessavit nec adhuc cessat mi-
sericors deus manifestum est hanc
solam veridicam ipsi quam plan-
tam fidem Adhuc enim con-
firmanda et fiunt et petuntur
fieri miracula Unde rebelles
et increduli qui sermonibus sanctorum
virorum credere non volebant mira-
culis inducebantur et usque hodie
inducuntur ad fidem / Amplius
et in nomine ipsius domini ihesu christi
crucifixi et mortui ab eiusdem
adventu sunt manifeste su-
scitati parvulos et pueros suos
et hodie suscitantur Ipsi etiam
eiusdem apostoli et martires et con-
fessores mortui et mortuos
suscitant et alia mirabilia
operantur Et ad ipsos iam mor-
tuos veri fideles pro impetrandis
miraculis sepe recurrunt et
obtinent fieri ea per ipsos Apparet
igitur fidem hanc non solum
in vivis sed etiam in mortuis
fidelibus facere miracula In-
fideles vero sicut non vivi
apud deum quid quam possunt
sic mortui nec se possunt
nec alios adiuvare Apparet

etiam ex hoc veritas fidei istius
cum fideles etiam mortui mi-
raculis attestantur et quam
vivi tenuerant etiam post mor-
tem miraculis approbant et
confirmant // Amplius hec
est que sola predicat ea que
maxime honorem dei sua-
deant maxime eius timorem
incutiant maxime spem in
eo erigant et confirmant di-
lectionem eius maxime incitent
et inflamment Et quod plus
est sola est que potencie
dei in nullo detrahit cum
omnis secta predicationis eidem
ex toto detrahat vel ex parte
occulta enim dicit omnis here-
tica secta creatorem non posse
vel non aliter ea posse facere
quam faciat Sola autem fides
katholica libertate potencie
et credit et concedit in ultimo
simul amplitudine et forti-
tudinem Que tria simul acce-
pta videlicet libertas fortitudo
et amplitudo potencie et hec
in ultimo non sunt sine com-
plicacio summe potencie lucida
et perfecta // Est enim omnipo-
tencia verissima racione po-
tencie libera in ultimo liber-
tatis et fortis in ultimo
fortitudinis et ampla in ul-
timo amplitudinis Sapie-
ntes ipsius et multi contu-
meliosissime detrahunt
et multi forte non detrahunt
sed omnes generaliter heretici
et increduli eiusdem detrahunt

bonitati Aut enim male sen-
ciunt de iusticia ipsius sicut
qui dixerunt ipsum numquam requi-
rere vel vindicare peccata Aut
saltem eternis ea non vindi-
caturum suppliciis Aut de
ipsius misericordia sicut qui dixe-
runt non esse remissionem criminis
post lapsum et sic destru-
xerunt penitentiam et omnem aliam
viam remissionis addentes
Alii de beneficentia eius
tanto nequius tantoque peri-
ciosius senserunt quanto ma-
iora eiusdem beneficia discre-
dere ausi sunt et negare //
Qualia sunt beneficium in-
carnationis filii dei et re-
demptionis generis humani
reparatioque ipsius et ad gratiam
et ad gloriam Alii contra liber-
tatem eius et largitatem
nequissime blasphemare
non verentur Cum negant
eum esse remuneratorem suorum
sibique famulantium Similiter
et contra gratuitam ac natura-
lem eius beneficentiam multi
in eius iniuriam delirauerunt
attribuentes bona quibus
in mundo isto vtimur vel fa-
to vel stellis vel alii cuidam
nature dicentes herbas et
plantas fruges et fructus
non a deo creari sed terram ex
se ipsa huiusmodi producere // Vides
igitur quam sola fides ka-
tholica declinat dei contu-
melias et honoris sui diminu-
tiones Sola sentiens de ipso
magnifice et vt decet ipsum
Sola igitur est qua ipse hono-
rificatur absque detractione sui
honoris et contumelia / Cum
et alia secta inhonoratur et
dehonestatur dampnabiliter
Quare manifestum est hanc
solam esse veridicam et ei
acceptabilem fidem // Amplius
Quoniam necesse est tales esse
apprehensiones fidei que affec-
tiones meritas pariant et reli-
giosas Spes autem venie et
gratie et glorie que est adoptio-
nis et hereditatis eterne ex
alia credulitate vel apprehen-
sione magnitudinis misericordie
dei eius inquam magnitudinis
qua miseriam nostram assu-
mere dignatus est et nostre
miserie in se consortium
Nulla enim via magis persuade-
quitati gentibus quam potuit
deus nos glorie sue velle ha-
bere consortes quam per hoc quod
miserie nostre consortium
iniit Quoniam enim via eviden-
tius ostendi potuit hominibus
quod secum vellet eos
deus beate et gloriose viuere
quam per hoc quod cum eis vo-
luit misere et ignominiose
viuere et quod plus est etiam
mori Quid vrgentius impri-
mi potuit cordi humano
quam quod amanda esset ei diuine
glorie beatitudo quam ipsius

humane miserie in filio dei sui
commiseracio / Deinde quid ad
spem venie erigere potuit / quam
adeo venia dei firmare fidu-
ciam quo signo vel argumen-
to verisimilius probari potuit
cordi humano deum velle pec-
cata et miseriam hominibus quam
propter quod proprio unico suo
filio ut eis parceret non pepercit
et ipse filius ut in manibus
et illesi ipsi abirent latrini
ob ipsorum dignatus est pro se
suspendium Manifestum igitur
est ex hiis quantum deus vo-
luit esse homines suos socios
in gloria sua / quibus et ipse
voluit esse socius in corum
tanta miseria / Hec igitur
argumenta hec signa sunt
que nullum locum desperacioni
nullum mutacioni vel dubietati
relinquit in corde humano cum
ipsa credita fuerit credulitate
firma et lucida desperacionis
nunquam vel dubietatis de
venia vel gracia vel gloria
quantacumque cuiusvis detereat
magnitudo vel multitudo pec-
catorum Credulitas igitur hominis
est que ruina desperacionis
premunit prohibet et arcet et
spem magnificam velut co-
lumpnam firmissimam in corde
humano erigit et confirmat
ad religionis edificium suppor-
tandum / Hec igitur credu-
litas est que corda sublimia
erigere et erecta portare sola
sufficit et sufficiens Qua propter
ex necessitate in omni corde
in primo edificanda est religio
ut fundamentum firmissimum
est supponenda Ad hunc modum
est dicendum et de affectione
amoris quam sola fides ka-
tholica ea continet et predi-
cat que illam qualem et
quantam decet incitet et in-
flamet Sicut enim ignis ignem
maxime generat et applica-
cione sua seu contactu que
ignibilia et succensibilia sunt
maxime inflamat et ignit
Sic ignis divine dileccionis
tanto beneficio nobis exhibi-
to per credulitatem cordibus
hominum applicatus ignem sancte
dileccionis in dubium maxime
in illis generat ea quod amore
vivifico maxime inflamat
et incendit Et alia omnia
beneficia velut scintille sunt
ac pusille prouidite ad ca-
lefaciendum seu inflamandum
cor humanum / Beneficium vero
incarnacionis atque redemp-
cionis non solum est sicut
minus ignens cordibus
nostris inflamandis per cre-
dulitatem appositus ymmo
incomparabiliter maior ignis quam
esset totus mundus si totus
arderet Quanto enim maior est
dei filius toto mundo tanto
corda humana magis ca-
lefacere debet et inflamare
per hanc credulitatem eis
applicatus quam totus mundus

corpora nostra si totus ardet
est cum dei filius beneficium
nobis collatum inquantum no-
bis et pro nobis datus Quod
aut sunt torres et faces alii
que ignes ad calefacienda cor-
pora calore sensibili hec sunt
beneficia ad calefacienda cor-
da calore spirituali hic aut
calor amor est Manife-
stum igitur est quia si totus
mundus ardet modicus ignis
est ad calefaciendum corpus
quodcumque primo nullus compa-
tione huius beneficij ad calefa-
ciendum corda humana Mani-
festum igitur est quia maior
ignis calefaciendis aut in-
flamandis cordibus nostris
adhiberi non potuit quam be-
neficium dominice incarnationis
et passionis hunc aut ista
sola fides seu credulitas
eisdem adhibet Quia vero
alia beneficia cordibus aliarum
gentium applicantur que ut
diximus nec modice scintille
sunt ad istum ignem Mani-
festum est omnes alias sectas
ab amore divino frigidas esse
comparatione nostrorum et ideo
mortuas cum calor ille so-
lus sit vivificus et vitalis
Quia ergo nulla secta que
huic articulo contradicat
adhibet ignem cordi humano
qui ipsum amore dei calefaciat
ut oportet faciat Manifestum
est quia nulla alia credduli-
tas cor humanum vivificat Ma-
nifestum igitur est quia sola
ista fides vivifica est // Am-
plius Quia sola ista fides
ut diximus est fulcimentum
spei contra ruinam desperatio-
nis et finem amoris nectit
quo ad deum trahimur contra
pondus proprie corruptionis
Manifestum est quia hac so-
la fide sustinemur nobis / et ful-
cimentum ne cadamus et ad-
iutorium quo ad deum ascen-
damus Hec aut est firma
religionis videlicet immobiliter
perseverare contra impulsus
temptacionum et sursum iugiter
ascendere deoque inseparabiliter
adherere Trahimur aut sursum
et deo adheremus amore / ful-
cimur aut ut diximus spe //
Quare manifestum est hanc
solam fidem esse deo pla-
citam et hominibus salutarem
propter quam nobis summa vere
religionis provenit et per quam
sola eius fabrica tota con-
surgit // Amplius et fir-
missime in deo sperandum
est et ardentissime idem
est diligendus amari omnes
aut alie secte omnesque er-
rores aut fulcimenta spei
prorsus tollunt ut diximus
aut debilia fulcimenta
adhibent instar festucarum
aut palearum que fulcire
cor humanum et supportare

nullomodo suffitiant Et sinti-
scintillulas et primulas mo
dicorum busiaorum cordibus no
stris calefaciendum adhibet
aut d(iui)nus inchil incectum amo
ris indem cordibus nostris
apposuit Quare manifestu
est hanc esse solam credu li
tatem seu fidem que et corda
humana debita firmitate suppo
diat et sustentat et quanto
decet amore inflamat Nec(essari)e
igitur est ipsam vere ac de
bite indem spei debite q(uam) in
dem dilectionis esse pri(n)cipiu
ac fundamentu Et adh(uc) mani
festum z quod corpa est simili-
maxime dei timor d(omi)ni p(ro)ca
creditur et iusticia eius in
vltimo districta in contumaces
atq(ue) rebelles eius q(uam) vindicta
et eterna esse duratione inexcogi
tabilis acerbitate Et adhuc
modum se habet de alijs que
dei sunt Ea enim sola credit(ur)
in inmensitas eorum que supra
nominata sunt atq(ue) magnifi
centia absq(ue) diminucione sed
p(ro)dixime Quare ipsa sola
est que rectas ac convenien
tes affectiones indem generat
in cordibus humanis Alie vero
omnes credulitates aut eas
tollunt penitus et pariunt
diminutas diminucione de
in iuriosa et contumeliosa
ut iam p(ro) parte audiuimus
amplius Quod est fides
vera nisi digna et debita
eorum que p(er)tinent ad funda
mentum religionis credulitas

Hoc igitur est qua de deo
creditur et quod credendu
est et sicut credendum est
adcolendum ipum Et si ha
buerit diminucionem vel imperfec
tionem vel errorem credulitatis
necesse est hec similia et
affectiones et operationes que
corpa credulitate sunt Q(ua)
igitur inculta d(iui)nus et error
blasphemia z et defectus
nec(essari)e ptis q(ue) que est p(ro)p(ri)um
indem nec(essari)e z credulitate
p(re)nominatum que similiter me
tum z d(iui)ni cultus ac v(er)e
religionis puram e(ss)e et
liberam ab errore falsitatis
et integra hoc est sine
diminucione ptis huius v(idelicet)
necessarie quam dixime
huius aut credulitas v(idelicet) de
deo et hijs que eius sunt
que nec errorem habeat fal
sitatis nec diminucionem
nec(essari)e ptis in notesce(re) no(n)
potuit nisi p(ro)phecia vel reue
lacione d(iui)na Quare mani
festum est fidem seu credu
litatem que fundamentu
est vere religionis et pri(n)
cipiu d(iui)ni cultus p(ro)p(ter) esse
corpphia seu reuelacione d(iui)na
h(ab)et aut z sola katholica
Nulla enim alia secta p(ro)phys
solis in parte ista innititur
et si qua innititur contradat
huic fidei Et p(ro)pt(er) hoc in
parte ista no(n) curat dum
modo p(ro)pheticorum eloquiorum
intelligentiam no(n) p(ro)butat
Quod p(ro)pter iudeos dicimus qui

† fidei catholice consentiunt in
in multis fidei articulis con-
senciunt† adducti testimoniis
prophetarum / verum ubi dissenciunt
ipsa prophetarum eloquia non tam
falsa quam eciam ridiculo-
sa interpretacione errori suo
aptare conantur // Amplius
prophetis et apostolis non est creditum
in articulis fidei nisi mira-
culorum testimoniis quia mira-
cula autem omnia eius sunt testi-
monia cum sint et opera
dei igitur testimonia sunt
cum eius solius manifeste
ipsa sunt opera Recepti igitur
sunt omnes fidei catholice
articuli et crediti dei te-
stimoniis / dei autem testimonia
non possunt esse falsa maxime
legis igitur testimoniis cre-
diti sunt articuli fidei et
recepti Quare et ipsi omnes
veri certitate // Unum enim
testimonium non potest habere
quod verum non est nisi for-
te de falsitate sua // Amplius
apparet ex hoc quia quidquid
credit ecclesia catholica in
articulis fidei sine deo te-
stificante credit Quare est
si erraret in aliquo quod tamen
impossibile est non ei esse im-
putandum sed deo testificanti
Secure igitur sola credit que
deum solum testem habet cre-
dulitatis sue Et cum credu-
litas non nisi deo imputari
potest declaratum igitur est ex hiis
quia huius fidei solius deus
veritatis ymmo deus veritas

testis est Et cum hoc eciam ma-
nifestum est quia ecclesia catho-
lica deo soli credit sive credat
miracula sive credat revela-
cionem Similiter eciam in omnibus
et ubique illi creditur cum te-
stimoniis creditur Quare ma-
nifestum est eciam catholicam
soli deo credere fidei quod catho-
lice solum ipsum esse datorem
atque doctorem Et ideo esse
veridicam ymmo ac saluta-
rem Quare omnem sectam con-
trariam seu contradicentem sectam
esse erroris atque perdicionis //
Amplius quia ista fides so-
la captivat et in servitutem
redigit omnem intellectum humanum
in obsequium dei ad credendam
veritatem quam non capit ymmo
cui quasi naturaliter contradicit
atque rebellat Primum autem ob-
sequiorum divinorum est ipsius
intellectus quod non potest esse
nisi quoddam credere ut supra
ostendimus Quare fides ista
primum obsequiorum exhibet deo
Ipsa igitur est continens primum
principium divinorum obsequiorum
atque divini cultus // Amplius
Ipsa est que intellectum qui vi-
delicet caput humane mentis est
primo inclinat et invitat ad obe-
dienciam divine auctoritati
ad recipiendam similiter veri-
tatem eorum que pertinent
ad cultum et honorificenciam
divinam Quare prima vene-
ratio et adoratio hoc est prima
primi capitis inclinato ad deum

id est ad maiestatem seu auctoritatem
divinam ex ea est. Ipsa igitur est
principium primum divine veneratio-
nis et cultus. Et patet hoc ma-
nifestum, quia credita eius
sive apprehensa sunt ea quorum
apprehensio seu credulitas precedit
intercedentibus affectionibus ex
quibus est potior, scilicet forinsecarum
operacionum et obsequiorum divinis
cultus etc.

Recapitulacio predictorum

Cum igitur expedivimus nos
auxilio dei de hiis que proposue-
ramus hic dicere de fide et de-
claravimus quia fides duo
et intencione una virtus est
fortificans intellectum humanum
contra infirmitatem seu debili-
tatem credulitatis iterum salu-
tarium hoc est quarum salutaris
et vitta est credulitas. Et quia
ipsa est virtudo erigens ipsum a
claudicacione sua qua non potest
ambulare per viam veritatis
absque suppodiaculo seu suste-
taculo vel evidencie ipsius
veritatis vel probacionis sive
vel saltem suasionis probabilis.
Et quia ipsa est armatura
eiusdem protegens ipsum adversus
iacula perversarum obmurmuracionum
hominum sensuum sapiencie humane
atque mundane que iacula
vocamus et cogitaciones fidei
contrarias quas ipse intellectus
humanus contra fidem per semet
ipsum sepe obmurmurat et obsusur-
rat. Similiter suggestiones
sensuum corporalium argumenta

philosophorum et hereticorum et alias con-
tradictiones hominum. Novissime
vero hec armatura est prote-
gens intellectum humanum contra
urgentissimas periculosissi-
mas que impugnaciones bla-
sphemiarum quibus sanctissimorum
ac fortissimorum virorum intellectus
incredibiliter infestantur. Ex
quibus omnibus clarescit
quia ipsa est eciam velud gla-
dius exacutus et climatus
in manu ipsius intellectus
exacutus ad dissecandas
et dispergendas phantasmatum
hostium acies. Climatus ut
splendeat ad irrumpendas
et diluendas tenebras quibus
huiusmodi hostes tamquam gentes
tenebrarum ingerunt et pa-
tefeciunt eciam cum hiis quod
ipsa sola digna credulitas.
Et quia ipsa est caput religi-
onis et fundamentum. Et
quia ipsa est tocius sacri
cultus divine quod honorifice-
ncie principium inclinans et
inclinans caput mentis
id est intellectum et veneracionem
et adoracionem divine veritatis
et auctoritatis per obedienciam
credendi. Propter quod ipsa est
nimirum sanctificans intel-
lectum humanum atque purificans
ab erroribus impietatis et
sacrificans ipsum deo altissimo
mortificans ipsum quantum
ad ea que sua sunt ut non
sedum se deo credat sed
supra se et contra seipsum

Et ordinavi insuper quod articuli
fidei huius id est res hac fi-
de credite dividuntur in tres
partes Et quia ipsorum articulorum
alii sunt radicales et pri-
mitivi faciles quod probacionis atque
persuasionis alii vero sunt con-
sequentes et longe distancioris
Et propter hoc difficilis persuasio-
nis propter elongacionem intellectus
ab intellectu humano Et quia
omne genus hominum quod capax
est credulitatis natum est
admirari et venerari fidem
huiusmodi articulorum et hoc con-
cordia et consensione cre-
dulitatis ipsorum verum esse
fecimus quia omnis secta
contradicens hiis articulis
destruit religionem aut in
toto aut in parte fecimus eciam
scire quia omnis erronea secta
que contra fidem hanc se
erigit genus humanum in rui-
nam desperacionis eternam in
ipsa est precipitat et in mor-
tifero gehennalis ardoris dimi-
nuit amorem delinquit Et quia
huiusmodi fidei dator et doctor
testificator et approbator ipse
est deus// Secunda pars
principalis tractatus de lege vera

Consequens igitur est
deus post hec via
ut aggrediar loqui
de lege nota quod proximus
et primus / dicamus igitur
quia lex verissima bone
nichil aliud est quam ho-
nestas legibilis id est descripta
regulis et preceptis Iuxta
quod dictum videtur illud
lex est scriptum sapiens hone-
stum prohibens quod contrarium ipse non
non omne mandatum honestatis
dicitur lex sive preceptio sit sive
prohibicio et tamen universaliter omne
ius scriptum dicitur lex Ut ergo
ipse legem diffiniamus lex est
honestas integra seu comple-
ta legibilis id est descripta libris
et observancie imposite / licet
enim Tullius et Seneca alii
quod quam plures honestatem
libris descripserint scripta eorum
tamen nemo legem dicit ut
lex eius quia ipse dicitur impo-
nit eius qui eam imponit
vel eius qui ad populum eam
tulit Unde lex hebreorum
et dei dicitur et moysi lex at-
que populi alicuius dicitur qui eidem
videlicet subiectus est et ad
quem lata est Unde et legem
aligando nomini dictam
esse voluerunt pro eo quod ei
observande alligati sunt hii
quibus data est Alia vero
intencione lex dicitur liber
huius descripcionis venit ad
partes huiusmodi septem quarum
prima est testimonia et hec
sunt veritates et ideo creden-
da Secunda sunt mandata
et hec sunt honestates et
ideo adimplenda / Tercia sunt
iudicia et hec equitatis
et ideo parendum eis certa

minus sepe ponitur pro minimis per endiazeusim scriptor
in precedenti et in parte puti

sunt exempla et hec imitanda
Quinta promissiones premiorum et
hec speranda / Sexta comminationes
penarum scilicet vel suppliciorum et
hec timenda Septima ceri-
monie videlicet honorificentie et
cultus divini et hec tenende
ac venerande attende dili-
genter has septem partes
quia hec sunt propter intentio-
nes eas quas posuimus et
scito quia quatuor illarum non
sunt de verba legis proprie videlicet
testimonia exempla comminatio-
nes et promissiones Illa enim
proprie dicitur proprie lex qua nichil
imperatur // Certum autem est
quia narratio que assertio
hystoriaca tantum est nichil imperat
aut prohibet similiter neque ex-
empla virorum bonorum sive ma-
lorum Eodem modo neque commina-
tiones neque promissiones Illa
fortissima sunt adiutoria
ad legem suscipiendam et ob-
servandam Et propterea hoc pru-
dentissimo artificio sapien-
tie divine lex hebreorum et edita
est et scripta // Post nar-
rationem enim hystoriacam que de-
scripsit deum in principio creasse
omnia celum et terram et homi-
nem supposuit exempla divine iusti-
tie contra peccantes sicut homi-
nem inundationem diluvii contra
totum genus humanum / Po-
stea subversionem sodomorum per
flagellationem egipti et egip-
tiorum Intexerunt etiam hiis
narrationibus exempla divine
pietatis et beneficentie

Nota prudentiam
divinam in editione
legis hebreorum

in abraham ysaac et Jacob
ut comminationes deterrerent
a transgressionibus per promissiones
allicerent ad obedientiam per exempla
provocarent et animarent ad
totam legis observantiam / Per
testimonia docerent solum
deum esse colendum qui omnia
creavit omnia gubernat et angelos
ipsos mittit et beneplacito bona
vel mala prebemur quibuscumque
Adiuvabant etiam plurimum illum
testimonia ut et promissionibus
crederent et comminationibus et
ut nichil numinis in alio esse
crederent quam in eo qui celum
et terram et omnia creasse lege-
bant Et ideo nec in celis
nec in stellis nec in terra nec
in mari neque in aere neque
in igne nec in aliquo alio
quidquam numinis esse aperte
cognoscerent Quare divinum cul-
tum nulli nisi soli creatori
scirent esse impendendum
Hec igitur fuit prudentia le-
gislatori adeo inspirata ut
unum deum omnia creasse primum
doceret et scriberet quibus civitate
ab omnibus aliis removeret
et sic ydolatrie cultum locum
relinqueret divinitatem eum et
divinitatem et celis et stellis
et elementis tam babilonii
quam egiptii inter quos po-
pulus hebreorum initius fuerat
attribuebant Et propterea divini
cultus eis honorificentiam
impendebant / Hoc ergo te-
stimonium veritatis in ipso
veteris legis initio divina

scriptura ordine rectissimus posuit
ut ab hijs qui legerent legem
eius errores tante impietatis
prorsus abscederet ut nichil minimis minus
ca lege appareret que demenchi-
lo sita esse tante auctoritatis
testimonijs constaret Sed totam
deitatis totamque gloriam divinitatis
eius solius esse non dubitaret
Cui omnipotencia sua deus
esse ad esse cuncta adduxerat
et ne in non esse evanescen-
tes recidant retinet et con-
servat Cui soli simpliciter
sunt quod sunt et sicut sunt / Pri-
missimum igitur sunt hoc funda-
mentum fidei salutaris ut
creature omnes honore divino
et cultu recognoscerent indignas
vane quam et inutiles eas
scirent que nichil possent
nisi quantum esset divine dignatio
bonitatis Et nos de hoc trac-
tatu de ydolatria dudum quia
conscripsimus dicemus consideranter at
tentam ad declarandum de lege
et de legibus et dicitur quia
lex sicut proprie non dicitur liber id est
scriptura visibilis ita nec scriptura
audibilis ut ita loquamur
Signum enim et veritas sunt res
longe diverse nomine conveniant
Cum igitur tam scriptura vi-
sibilis regularis honestatis
quam ipsa lex ut ita dicam
audibilis id est verba audibilia
huiusmodi regularis non dicuntur
vel lex vel regule nisi ea
figura vel tropo qua nomine

et ipsius rei et veritatis signo
vel ymagini eius imponuntur
Sicut ymago petri petrus di-
cit et petrus scribi vel legi di-
citur ubi nomen eius scribitur aut le-
gitur // Amplius / Cum ipse
res sunt que imperant aut pro-
hibent Dolare enim res est fieri
vel non fieri non proprie sermonum aut
mandatorum Cum enim imperat
currere non verbum imperat sed
cursum ipsum neque qui obedit
verbum currendi facit sed cursum
ipsum proprie // Sicut igitur proprie res
vel fieri vel obmitti dicuntur
ita proprie imperari vel prohiberi
convenit et proprie imperata et
prohibita sunt res significate
vero sermones precepta igitur
et mandata et lex primo et
proprie sunt res // Amplius non
ne res ipse proprie leguntur
sicut et intelliguntur Res
enim sunt proprie quorum proprie et
primo intellectus et cognicio
queritur / Amplius Si sermo-
nes audibiles aut scripti sunt
lex aut precepta proprie mul-
to fortius sermones intelli-
gibiles hoc est sermones in
mente qui proprie sunt rerum
signa tamquam naturalia et
rerum naturales ymagines aut
similitudines / Amplius nullo
existente sermone nulloque loquen-
te si soli sermones audibiles
essent lex nulla esset lex //
Eodem deletis seu destructis
omnibus libris nulla esset lex

scripti / Quare si lex non habet
nisi has duas intenciones non
erit lex omnino duobus istis
casibus contingentibus et ita
nulla erit prevaricacio nullum
peccatum // Amplius Regule ho-
nestatis quales sunt deum
esse honorandum deum esse
timendum deum esse adorandum
omnem hominem esse diligendum
omni homini consulendum sive
iste regule scripte sint expressius
sive non et sive audiantur ex-
pressius sive non tamen vere sunt
et tenende Et obligatus est
unusquisque debito honorandi
deum debiteque timendi eum
sive legat hec foris scriptum
sive non et sive audiat hec
foris sive non Et adhuc non
habet se de aliis qui sunt
debita per se / licet verum sit quod
maior noticia altitudinis
et potencie dei debitum honoris
atque timoris ad eum et obliga-
cionem augeat Manifestum igitur
est quia et regule honestatis
et debita sive obligaciones
agendi quedam et declinandi
quedam sunt cessantibus omni
sermone atque scriptura Et quia
prevaricacio et peccatum sunt sit
absque hiis Quare quedam
lex de necessitate est preter hec
Amplius // Tota honestas
indubitanter est in anima hone-
stas inquam vite humane
et mors honesta autem vita
et regulata est et ordinata
et moderata Vero autem est

ordinata regulata vel mode-
rata nisi honestate nec de-
cora nisi honestate Quare
totum id quod ordinat re-
gulatur moderatur et decorat
vitam hominum humanam in anima
est Est igitur preter sermones
atque scriptura tum illa for-
sit Cum igitur vere lex sit
que ordinat regulatur mo-
deratur atque decorat vitam
humanam Manifestum est
veram legem esse totam
in anima // Amplius Quid
est lex vera nisi ars quedam
aut sapiencia recte honesteque
vivendi Omnis autem ars et
omnis sapiencia in anima est
Quare si vere dicam quia
vera lex ars est et sapiencia
recte honesteque vivendi vere
lex est / et vera lex in anima
hiis autem omnibus rationibus
nichil aliud ad presens astruere
intendimus nisi quod multo
et non minus proprie ymo magis
proprie magis quam veraciter lex
dicitur quod est in mente quam
quod est in scripto vel voce
hiis autem ita se habentibus
dicamus quia duo sunt ex
quibus est vite humane
decor qui honestas dicitur
Et eorum alterum est in in-
tellectu tantum ut regule ipse
honestatis quales non nullas
iam posuimus Et alterum
est pertinens intellectui et per-
tinens affectui videlicet virtutes

Duo sunt decora vite humane

quarum quedam sunt in intellectu
in qua vi apprehensiva superiori
et nobiliori / Quedam vero
in affectu hoc est in vi in-
motiva nobili // Omnes namque
regule assertiones sunt veritatis
et ideo ubi assertio et veri-
tas ibi et regule // Veritas
autem ut alibi sepe diximus
sic est ad intellectum qui est
visus interior et spiritualis
sicut lux et color ad visum
exteriorem Unde quemadmodum
solum lucidum vel coloratum
visibile exterius dicitur solum verum
visibile interius id est sensibile vel
cognoscibile Assertio non incli-
natio superiora que nunquam ca-
dit super verum vel falsum nec
potest ullomodo esse assertio
que nisi sit vera aut falsa
nec habet locum in affectu
sicut nec eius oppositum quod
est negatio affectiones enim
nec vere nec false sunt sicut
timor vel amor Sed verumtamen
bone vel male sunt et iuste
vel iniuste laudande vel
vituperande Cuius quidem autem
est verum aut falsum nunquam per-
tinet ad intellectum Quia enim
veritas ad intellectum pertinet
ut iam diximus ideo et fal-
sitas dentitate cum oppo-
sita naturaliter circa idem // Locus
igitur proprius regularum honestatis
et receptaculum intellectus
est et eius propria sunt que-
cumque veritate lucent tamquam

luce veritatis superradiante per-
fusa Et quecumque falsitate te-
nebrescunt tamquam luce veritatis
privata / lux enim et tenebre circa
eundem visum sive spirituales sint
sive corporales Circa visum
vero corporalem corporales Circa
spiritualem non spirituales Quoniam
autem honestas exterior non est
nisi ex honestate interiori eo quod
honestas exterior non est nisi
opera virtutum Opera autem virtutum
numero equalia sunt virtutibus
Manifestum est quod honestas
exterior id est opera virtutum exteriora
nunquam vincent honestati in-
teriori id est virtutibus pari numero
Amplius Quoniam precepta non
sunt nisi de operibus virtutum
hoc est que sunt vel que dicuntur
esse virtutum Similiter et prohi-
bitiones non sunt nisi de operibus
eodem modo viciorum Opera autem
viciorum et virtutum numero equa-
lia sunt viciis et virtutibus
Similiter et regule preceptis
et prohibitionibus numero equa-
les sunt Quoniam iuxta unam
quamque regulam honestatis
est inveniens ei preceptum
aut prohibitio Quemadmodum
iuxta regulam qua dicitur
deus est diligendus est
preceptum de diligendo deum
Et iuxta regulam que
dicit neminem esse odiendum
est prohibitio de non odiendo
proximum Et est manifestum
hoc sive generales sint regule

sive speciales. Tamen nos intendimus
hic de specialibus regulis et
operibus preceptis et prohibicionibus
Secunda quaque enim regula pre-
ceptum vel prohibicio oritur tamquam
ex sua causa. Quia enim dili-
gendus est deus ideo precipitur
diligi. Et quia non est odi-
endus proximus ideo prohibetur
odiri. Quia igitur vera lex
honestatis ac decoris vite que
perfecte ac proprie naturaliter lex est, id est
perfecte ac proprie naturaliter lex est. Id est
naturaliter legibilis sive lecta non
exigentibus positis tamen sed in
inspectione naturali insita et in-
scripta cordibus humanis naturaliter
quasi id est iure ipso naturali ligans
ea ad sui observacionem et ad
implecionem ligans inquam
vinculo indissolubili et in-
dispensabili. Manifestum
est quia vera proprieque ac perfecte
lex in natura quam lecionis atque
ligacionis quam nec solui
possibile est nec contra eam
dispensari est integra ac
perfecta aggregacio rerum hone-
statis spiritualium iuxta species vir-
tutum et numerum earum. Et
hec lex est ius divinum hoc
est divina auctoritate humano generi
impositum et eius inscripcione
quasi digito suo inscriptum
et est ius naturale quia natu-
rum hominibus et ineius nasci-
tur et naturam humanam inseparabiliter
comitatur. Et ideo vere lex
est quia lex est simpliciter.

semper et ad omnes atque observ-
ancia non est exempta. Ex
quo manifestum est quia pre-
cepta vel prohibiciones que
cumque sunt vel facta sunt preter
hanc non sunt lex simpliciter
sed tamen et quid et ideo nec
vere lex neque simpliciter
lex // Amplius cum quod
tale et quod per se tale magis
tale. Manifestum est quia
quod in anima est naturaliter magis
est lex et magis proprie quam
quod est inscripto vel voce // A-
mplius quia sicut diximus
tota honestas virtutum est
descripcio aut omnibus vera et
propria adequatur rebus et
numero similium et equalitate
Necesse est legem completiorem
scriptam sive regulis sive
mandatis descriptam hone-
stati virtutum adequari
et regulas completiores re-
gulis minoribus mandatis
quam mandata sunt conservare
consequens est evidenter
legem perfectam, id est integram
descripcionem honestatis vere
ac proprie hoc est quod vere
ac per se honestas est regu-
las et mandata continere
ad numerum virtutum. Manife-
stum est ex hiis que diximus
regulas omnes honestatis
esse naturaliter apud intellectum
propter iam dictas causas
et quodammodo naturaliter inscrip-
tas esse in ipso // Precepta

3ª gna vtutu

vero et phibitones ptiu si
intellcui et ptiu affcui Et
hoc est qm eos iure poine
modum subiecti sunt impio
creatoris eos qz prius obedie
debito obligati nichil eni
priuilegii nichil exemptionis
nichil penitus libertatis lz
aleunt eos aduersus creatorem
Et propter hoc sicut eadem
auctem preceptum est intelleui
crede deo Et affcui dilige
et time deum Sic pari
obedie debito pomina tene
intellcus deo crede et af-
fectus ipm dilige vel time
Nec refert an ista que dixi
ad hominem referantur vel
dictans virtutum an ad ipas
vires pro eos cui reputam
intellcui crede et hominem
in intelleu sunt piute vim
et de affctu simili intelligis

⁊ Nota vtutu diuisionem

Simpliciter Cum omnia ia ali-
bi declaui tres esse species
[nales] virtutum videlicet nales q-
les sunt nalis mansuetudo
nalis magnanimitas nalis
verecundia nalis pietas Et
iste hominibus nalit indite
sunt et malicia vel boni-
tate conplexionis impediuntur
vel adiuuantur et quis omnes
et quis aliquas earum quis
vna sola ex hiis aut impe-
ditur aut adiuuatur Et hoc ma-
nifestum fit per operationes

earum que secundum impedimentum
vel adiuuctum conplexionis
que est apte corporis aut tar-
diores et rariores exeunt
aut frequentiores et maiores
Alias vero ordinem esse co- = [consuetudinales]
suetudinales que ex frequentia
operationum acquiruntur vel ingi-
gnuntur Et tum nales sunt
quasi pedes sed pedes lesi
multiplicibus rationibus no
solum malicia complexionis
ut diximus sed etiam corrup-
tione que pecto primorum parentum
in totum genus humanum dif-
fusa est et traducta Quadam
nos pedes isti et sani et recti
omnino fuerint ante pctm et prop-
ter hoc per viam morum honestatis
nalis sz huiusmodi pedibus
ambulare recte poterant ab-
sque claudicatione offensione
et lapsu pecti quasi per pla-
num nature Et quemadmodum
gressibiles erant extinus
hoc est secundum corpus per viam
sensibilem Ita et gressibiles
essent intinus per viam intel-
ligibilem quam diximus
planam honestatis nalis
Consuetudinales vero sicut
ligni pedes sunt et alia
suppodiacula atque adiuuame-
ta que ortonatis et lesis pe-
dibus ad adiuuandum et quo-
quomodo perficiendum gressum
adhibentur Virtutes vero [theologicas]
patefecimus esse theologicas

hoc est divinas seu divinales quas Jacobus apostolus vocat data optima et dona perfecta descendentia a patre luminum in 2o Et nos spirituali verbo theologitas atque gratuitas communiter nominare. Hec non sunt sicut necessariales divine bonitatis artificio quibus dignationis sue beneplacitum fuit apposite atque insite ad volandum non solum in sublime beatitudinis et glorie sed ad vivendum ita sublimiter atque nobiliter ut ad hanc vitam vita honestatis naturalis ambulatio sit vero ad illam volatus merito nominetur. Vita vero que nichil habet perfectionis aut decoris nisi apte virtutum consuetudinalium nec volatus est nec ambulatio vera sed ambulatio quedam ingatoria mixta cum aliqua parte ambulationis et alterius motus scilicet pedibus cum aut aliis huius suppodiaculis non solum non volatur sed vix etiam ambulatur. Intende igitur inter tria genera virtutum et videbis quia perfectiones sunt virium anime humane naturalium sed secundum magis et minus naturales enim hee perfectiones sunt atque complete quantum ad naturam hoc est ita ut natura non habeat quid eis adiciat sed tamen comparatione divinalium quasi materiales sunt et tanto a nobilitate earum

distantes quanto pedes ab aliis ut diximus et recta ambulatio a volatu. Consuetudinales vero adimmaincta quedam sunt ut diximus et nec minus ut nobilitate aut perfectione virtutibus naturalibus adequande. Pauce enim nimis sunt propter paucitatem exercitationis et temporis quibus indigent ad sui generationem. Vix enim inveniuntur sed tamen inveniuntur quod non tredinus adeo etate grandevus adeo quod animo strenuus et corpore validus qui omni actu honesto eo usque se exercuit vel eam frequentia sunt ut exercens exercitatione virtutem acquisierit congruentem. Et hoc modo omnes consuetudinales virtutes tantis et tam variis obtinent exercitiis. Attende igitur diligenter quia virtutes naturales et operationes earum eisdem nominantur nominibus quibus consuetudinales et operationes earum similiter et divinales et operationes earum propter quod multis visum est quia operationes harum omnium virtutum non differunt specie nullomodo sed secundum magis aut minus vigilantia sicut credere si sit ex virtute desuper infusa hoc est

gratuita sive theologica seu
comprobatione vel purgatione sive
connatura sive coapprehensione
verum est ipse veritatem magis
credit atque nobilius quam con
fide gratuita quam cum con
alia Nos autem iam hoc de
claravimus in superioribus decla
ratione evidenti quia manife
stum est lucis dependentia
a priore lumine altius modo
esse perfectius quam lumina
ascendentia primo veniunt
umbras artibus creatis et
aliter fidem spem lucem speculum
intellectus desuper irradiare
vel primi luminis vel alios
luminum que sunt supra ipsam
et sub primo tamquam me
dia aliter contemperant illumina
tionem que reflectuntur arti
bus creatis et per organa
sensuum infunduntur se spe
culo intellectus patefacit
etiam quia fides infusa
desuper una est non obstan
te quantitateque credibilium
diversitate Cum sequitur
veritatem luminis a quo fluit
super intellectum fides necessario
que est artibus ipsis tamquam
umbra vel imago ipsas
diversa est per diversitatem cre
dibilium Sequitur enim dispo
sitiones credibilium in diver
sitate et diversitate tamquam
causatum ipsius Eodem modo di
cimus et de aliis // Dicto enim
desuper infusa et dicto artibus
impossibile est quod sint eiusdem
speciei propter eandem causam qua
et fides Et adhuc modum
se habet de aliis Iam igitur
manifestum esse tibi debet
quod hiis quia complementum
et perfectio honestatis sunt
ipse virtutes gratuite ita
ut eas habentibus non sint ad
necesse quantum ad necessitatem
perfectionis sed adiumenta
non modica prestant operari
volentibus Posita enim fi
de gratuita sive desuper infu
sa non est necessaria alia cre
dulitas anime humane sive
ad perfectionem honestatis sive ad
decorem quo placeat cre
atori Manifeste tamen verum
est quia qui habet lumen
huiusmodi fidei et habet cum hoc
lumina purgationum seu probationum
cum lumine fidei que ex ipsis
est erit expeditior et aptior
ad tractandam fidem hoc est fidei
articulos et ad predicandos
atque docendos Et sicut qui
uno lumine habet quibus suf
ficienciam ad regendos gressus
suos tamen si alia appo
nantur licet minora quelibet
ex hoc fiet expeditior ingre
diatione gressuum suorum ita
et hic habens enim fidem quod di
hoc est desuper infusam habet

utique lumen quo regat quesitus
intellectus suis in eis que perti-
nent ad fundamentum religi-
onis Si tamen lumina que per
diuinam probacionem ut mira-
culorum addita sunt huic fidei
erit adiutus in multo adre
gendos huiusmodi questus / Penitus
timur autem et dicamus quia
sine sint huiusmodi virtutes de
necessitate perfectionis honestatis
sine non nichil deperit inten-
tioni nostre Si enim sunt de
necessitate perfectionis virtutes
naturales manifestum est quia ab
eis incipit perfectio huiusmodi
tamquam a fundamento Comple-
mentum autem ac perfectio eius
est decus virtutum gratuitarum
Et hec sunt in fine perfectionis
secundum speciem non dico secundum gradum
Nam in vita ista non inveniuntur
species virtutum sublimior aut
nobilior Sed in una quaque
earum specierum inveniuntur graduum
multa diuersitas et varietas
non enim omnes fides gratuite
equales sunt nec omnes qui
huiusmodi fide credunt equaliter
credunt et alii magis et alii
minus et alii lucidius et alii
minus clare Et alii fortius
et alii debilius Et secundum hunc
modum habet se res de aliis
De consuetudinalibus vero
manifestum est quia de ne-
cessitate huiusmodi perfectionis nulla-
tenus sunt / tum quia ex aliis
perfecte hoc est naturalibus et gratuitis
manifestum est perfecte esse
honestum qui eas habuit
tum quia omnes consuetudina-
les in aliqua vna inveniuntur
neque possibile est inveniri
preter humane vite bonitate
et humane vite infirmitate
ut diximus Quare non esset
possibile virum perfecte hone-
statis inveniri in vita hac
frustra igitur inditus esset
naturaliter honestatis appetitus
mentibus humanis cum ab
ea sint naturali impossibilitate
prohibite Et illa aliud esset
naturaliter frustra quod est mani-
feste impossibile Nam cum
aliud frustra facere vix minus
in diuiduorum non dum dico
ipse omnipotentissima dei
sapientia qua ipsa administratur
et regitur vniuersitas vniuersitatis
Considerenimus igitur hanc
perfectionem que a naturalibus virtu-
tibus incipiens gratuitis
consummatur Quia igitur sine
hac perfectione nec volatur
in sublime eterne beatitudinis
nec sublimiter venitur nec
deo acceptabiliter / Manifestum
est quia hec perfectio modis
omnibus necessaria atque
sufficiens et ad vite decoro-
rem et adiutum eterne
felicitatis Et de qua non
licet aliquid detrahi et cui
nichil necesse est super addi
lex igitur que hanc perfectionem
mandatis et regulis perfecte
describit / est lex nature ac

salutaris perfectionis. Et manife-
stum est quia hec unica est
et sola et quia impossibile
est aliam esse / Eandem et
virtutum impossibile est diver-
sas esse regulas et man-
data cum unius virtutis non
sit nisi una regula et unum
mandatum quo eius operatio
precipitur sicut et unius
vitii una regula qua dicitur
esse declinandum et una
prohibitio qua eius operatio
prohibetur // Amplius eiusdem
honestatis impossibile est esse
diversas descriptiones vel regulas
et mandata quoniam si sunt
diverse regule cum nulla regula
honestatis aliud dicat nisi
virtutem illam esse servandam
sive tenendam de qua regula
illa est similiter cum nullo
precepto cuiuscumque virtutis aliud
dicatur vel precipiatur nisi fieri
opus illius virtutis cuius est
Manifestum est regulas
illas et mandata non esse
diversa nisi vocetenus cum
res eedem penitus subsint
illis // Amplius sicut una
virtus ad suam regulam
et preceptum sic tota hone-
stas ad legem totam quoniam
cum est una regula et man-
datum ad suam virtutem sic est
tota lex ad totam honestatem
quoniam cum est pars una
virtus totius honestatis talis

pre est unius virtutis regula
et preceptum totius legis to-
tam honestatem mandatis
et regulis prescribentis quoniam
sicut unius virtutis non est
nisi una regula et preceptum
ita unius honestatis non est
nisi una lex. Si enim possent
esse due vel plures accideret
ista multiplicatio necessario in re-
gulis et mandatis quoniam
si non esset in regulis et man-
datis cum ex eisdem regulis
et mandatis impossibile est
quod accidat ista multiplicatio
in lege. Iam igitur certificatum
est omnibus unam esse et so-
lam legem et aliam impossibile
esse salutarem atque perfectam
sicut unam et solam honesta-
tem aggregatam ex omnibus
virtutibus naturalibus scilicet et gratui-
tis sine quibus nec recte
vivitur nec deo acceptabiliter
nec apud ipsum remunerabiliter.
Et hec lex est continens
naturalis regulas honestatis
naturalesque precepta et prohibitio-
nes et insuper gratuite regu-
las honestatis precepta que
et prohibitiones ipsius ut
quemadmodum honestas ipsa
tota atque perfecta ex naturali et
gratuita consistit sic lex
salutaris perfectionis ac perfecte
honestatis et utriusque re-
gulis et mandatis sic est
prohibitionibus et preceptis

Quod autem ipsa honestas atque
perfectio ewangelica sit inde quod
et ipsa veritas dicit mt v
Non veni legem solvere sed ad-
implere / non demonstratione in-
diget sed sola enarratione
Naturalem enim honestatem
solam continet mandata le-
gis moralia Omnia enim illa
innata sunt et inscripta natura-
liter humano cordi Quia igitur ewangelica
perfectio naturalem non evacuavit
sed gratuitam addidit Eam
enim servari voluit et mandavit
Ewangelica igitur honestas
utramque continet naturalem scilicet
que est veteris legis morali-
tas et gratuitam que propria
est ewangelica super additio
et complementum // Amplius
sicut non est honestas sed
pars honestatis tamen que est
pars maior honestatis atque
nobilior ita nec lex est que
partem maiorem ac nobiliorem
regularum et mandatorum hone-
statis non continet Quare
manifestum est legem moysi
non legem fuisse perfectam sed
legis partem et illam initialem
atque primariam et ad gratuite
perfectionis introductoriam et
puerorum atque incipientium ele-
mentariam Et hoc quantum
ad moralia sola dicimus cerimo-
nialia nunquam que diximus
que sunt deviatrice honestatis
Ex quo manifestum est et legem
machometi inhonestius legem
esse vel posse dici que multo

Ewangelium est lex integre honestatis
et ipsum est sola lex perfecta et salutaris

pauciora naturalis continet ho-
nestatis / de gratuita vero aperte
utrumque nichil / Cum enim plus
hebreorum vix alphabetum
naturalis honestatis tangere suffi-
ceret / frustra eidem gratuite
perfectionis eminencia traderetur
Machometus non pauca de
honestate multa vero de in-
honestate et viciorum feditate
delitamentis suis inmiscuit
Quia igitur ewangelium hec lex est
sola regulas et mandata
huius salutaris integre que
perfectionis continens Mani-
festum est solum ewangelium
legem esse integre honestatis
solam que salutarem solam
que legem perfectam sicut
dicit Jacobus in primo Qui
autem prospexit in legem perfecte
libertatis Vetus enim lex im-
perfecta erat ut ostendimus Et
apostolus attestatur in vii ad
hebreos d. Nichil ad perfectum
adduxit lex Et lex servitutis
erat sicut ipsemet testatur
in viii ad Ro. d. Non accepistis
spiritum servitutis iterum in timore Et iiii
ad Galatas Non sumus ancille
filii sed libere Ewangelium
enim dicitur non dumtaxat ipsa hysto-
ria gestorum domini salvatoris
quo nomine nec hystoria sed pars
hystorie Troy enim scripta sunt
nisi ad modicum eius gesta
sicut testatur Joh. in ult.
Sed vere doctrinam suam
ewangelium vocat paulus in 2o 2e

Vide ne-
cnes u-
nomine
ewangelii

Ad Thimotheum De regulis
enim perfecte honestatis et ewan-
gelice perfectionis nichil ob-
misit quod non docet et pe-
ne nichil permisit de illis
quod non prohibet nisi tamen
in aliquid permisit Nunc
enim virtus est vel naturalis
vel ꝯtinua quam in epistolis
suis permisit Quod autem et
lex ista eterna sit et eciam
eterni et mandata eterna facile
est declarare // Vide per singulas
regulas et videbis etiam
veritatem ipsorum et obligacionem
seu debitum a quibus neminem
umquam possibile fuit absol-
vi vel eximi Contra quam
nec privilegium nec dispensa-
cionem umquam possibile
fuit dari In singulis non
regulis videbis veritatem
etiam sicut evidenter apparet
in unoquoque istorum videlicet
deum esse diligendum / deum
esse honorandum deum esse
adorandum Manifestum est
etiam tibi quia numquam possibile
fuit aliquem exemptum esse
a debito et obligacione alicuius
istorum Nulli enim licet umquam
potuit non diligere vel non
timere deum et ita de unoquoque
aliorum / Hec igitur lex est que
non recipit abrogacionem neque
derogacionem neque exemptionem
neque dispensacionem ullo tempore

Et propter hoc regule eius sunt
veritatis eterne et mandata
eiusdem obligacionis eterne Et
hoc est intencio mea in eo quod
eam vocamus eternam etenim
vel mandata eterna Quod
autem supra tetigimus et diximus
quasdam virtutes esse naturales
hoc est naturaliter inditas et eas
perfectas fuisse in Adam an-
te peccatum sunt intelligimus et no-
bis inditas esse / verumtamen
multum lesas atque depressas
et pene atque sepultas in
oppressione animalitatis sive sive
originalis corrupcionis / vim
exercicio et consuetudine con-
venientibus multum eas ad-
iuvare atque perficere ipso sepius
experientia manifestum est ad
eam tamen naturalem perfectionem sua
quam in Adam eam fuisse
diximus nec una earum in ista
vita quantacumque exercitacione
pervenit aut pertingit Natu-
rales igitur virtutes vocamus
et quales in nobis sunt
naturaliter et quales lauda-
bilium operum exercicio ipse effi-
ciuntur Non enim dubitamus
naturaliter mansuetos exercicio
eorum que mansuetudinis
sunt in ipsa mansuetudine
perfici et augeri Similiter
et naturaliter pios exercicio que
pietatis sunt in ipsa pieta-
te naturali perfici et augeri
Nisi eam augeat ipsa virtus
naturalis eam libet potius

et quasi detumulentur et detegantur
ab inuisione quam diximus
et ita erumpat in opera maiora
ac frequenciora ullomodo diminuta apud se. Quemadmodum
si homo ligatus disruptis
aut solutis vinculis incipiat
ambulare, tunc virtus eius gressibilis in nullo mutata sit apud
se sed liberata tantum. An nouus
habitus acquisitus vel aggregatus
sit per huiusmodi exercicium quod et alibi
est discucienda et determinanda
questio. Verumtamen quod verisimilius hic nobis
ad presens videtur est ut dicamus
quia magis perficiunt ipse naturales virtutes per suarum operacionum
exercicium quam nouus habitus
per illa frequencia generetur. Alioquin nullus habitus posset ipse
perfici vel augeri continuata frequencia operacionum suarum sed
per illam alius nouus habitus
generaretur. Sequeretur eciam per hoc
dispositionem non posse firmari
vel conuerti in habitum sed potius
nouum habitum assuefactione
generari. Et de huiusmodi habitu
sic de nouo generato eodem modo
se haberet. Necesse esset videlicet
quod ipse sit frequencia operacionum et assuefactione non
posse fieri forcior aut firmior aut aliquomodo perfici
per eius frequenciam operacionum
et assuefactionem sequens ipsum
nouum quendam alium habitum
generaret et per hoc induceret poni
vero nec robur nec aliam
perfectionem adduceret. Et de isto
secundo habitu eadem similiter questio
restaret. Verisimilius igitur
est virtutes naturales suarum operacionum
frequencia et exercicio perfici
et meliorari multipliciter et ipsas
quodammodo fieri pinguiores
et faciliores et expeditiores
ad operaciones suas et expediciones seu promptitudines ad
operaciones non nisi nullum vocamus
habitum. Verissimum autem est
quia habitus expeditus et
facilis ad frequenciam operacionum
non aliter differt a potencia
quam fons plenus et redundare paratus a fonte
simpliciter. Potencia enim fonti
operacionum dicitur simpliciter
habitus vero plenitudini et
fontis. Si quis autem dixit
quia habitus impotencia aque
et in fonte simile dicit.
Et hoc in hiis que de foris
totaliter adveniunt et quasi
infunduntur ut postmodum
refundantur. Studio enim
et experiencia atque doctrina
et revelacione quedam sciencie
infunduntur. Que cum recepte
fuerint scientes quidem
primum faciunt deinde doctores
et que discendo quodammodo infusa fuerant
docendo postmodum refunduntur. In hiis autem que habitus
sunt et abitus i. condita copiositate fluunt aliud
est habitus cum in huiusmodi non

est nisi expeditio et habilitas. Et sicut purgatio alvei ipsius fontis originalis feculentia fluxum impedit naturalem faciens et ut maior et iucundior sit emanatio operationum et minus immunda purgatur aut humor alveus admodicum declinatione vitiosarum operationum et contrariarum assuefactione. Quemadmodum si fons redundatione sua et fluxu obstacula ipsius fluxus et obices aliquatenus corrumpat et expellat et de sordibus obvenientibus aliquid diluat et deleat. Sanctificatione vero et gratie plenitudine purgatur atque mundatur ut libere copiose atque sincere fluat. Manifestum igitur est ex his quantum differant ab invicem habitus virtutum qui ab intus et de se, id est de propria copiositate fluunt, et de his que de aliena et superinfusa virtutes aut naturales fontes sunt indite et unica copiositatis sunt et continue consuetudinales aut perhaurire videntur precedenti frequentia et assuefactione operationes quas quodammodo quasi de plenis eructat ac refundunt. // Differunt igitur ea que diximus quemadmodum purgatio seu liberatio alvei et impletio eiusdem

Revertamur autem ad illud in quo eramus et dicamus quia iam planum est ex his que diximus quia hec lex de qua hic intendimus sola est integra perfecte honestatis descriptio, sola sine diminutione regulas et mandata omnia continens honestatis. Et propter hec sola lex veri nominis. Crima vero sola omnium virtutum aggregatio sive totalitas vera honestas est, immo ipsa veritas honestatis intus que mentem humanam vestit atque venustat. Manifestum est quia ipsa est et lex vitalis et lex veritatis. Lex enim significationibus lex sermonum est et scripturarum. Hec autem est que mentem humanam sua ipsa vitate absque medio bene ordinat atque constituit beneque ordinatam ac constitutam efficit instar civitatis que iustissime ac sanctissime legibus statutis ministratur et regitur. Hec etiam est lex cuius observantia decor est et rectitudo totius vite et conversationis humane. Verus quidem decor ac vera rectitudo quia esse eius est contrarium vero pravitas est et omnis indecens ac repugnans spirituali pulchritudini turpitudo. Apparet etiam ex his quia lex Hebreorum, scilicet vetus, non lex integra est ut diximus sed pars legis. Cum enim tota aggregatio

lex de qua hic intendimus sola est integra perfecte etc.

mandatorum que in quinque libris
moysi continentur ad legem de-
cem pertinet in quantum veterem
primo multa sunt ibi eius de-
qua nunc loquimur cerimonie preceptorum
mandata Quemadmodum nec
omnes hebrei temporis illius
ad vetus testamentum pertine-
bant ut dicit Augustinus
primo erant in populo illo qui
ad novum pertinent // Secundo
lex secundum unam intencionem
dicitur lex populo veteri edita
scilicet tota aggregatio mandatorum
que in quinque libris moysi con-
tinetur Secundum aliam vero inten-
cionem dicitur naturalis scilicet que na-
turalis honestatis regulas
continet et mandata Propter
hoc autem vetus dicitur quia
omnibus aliis antiquior est
Quemadmodum honestas natura-
lis antiquior est et natura
et tempore honestate gratie
Tercia intencione dicitur vetus
lex aggregatio mandatorum
populo pueriliter propter ipsam puerilita-
tem suam tradita Quia ipsa
huiusmodi puerilitas vetustas spiritua-
lis est hoc est ad mortem eterna-
festinans vicinitas seu propin-
quitas // Iam igitur expediti
sumus auxilio dei de hiis
que proposuimus dicere in decla-
ratione ac stabilitione legis
veteris nominis exactissima
racione Quia et lex veritatis
et lex bonitatis verissime dicitur
Et fecimus manifestum quia
ipsa iuncta est consistens ex
duabus partibus naturali videlicet
et gratuita Et naturalis quidem
honestas pars eius initialis est
Gratuita vero pars eius perfectior
est et adimpletio consummata
Propter quod et lex vetus in-
de adhuc et pueriliter populo tamquam
alphabetum honestatis tamquam
elementa initialia religionis
tradita est pars vero secunda
tamquam plenitudo atque perfectio
eruditio iam populo ac perfecto
suscipiende quoque perfectionum longius
et magnis multorum seculorum cur-
ricolibus preparata per christum dominum
apposita est que est consummatio
legis ad iusticiam dicitur legitur
ad Romanos x propter quod et legitur
ad Galatas v quia omnis lex
in uno sermone completur
videlicet in sermone dilectionis
sicut legitur ad Romanos 13 Qui
diligit proximum legem implet
Et item ibidem plenitudo legis
est dilectio Mandatum enim
dilectionis potencia et virtute
omnia alia mandata que
diximus est qui sine ea inuti-
liter fiunt sicut legitur 1 ad
Corinthios 13o fecit preterea cum
ea vero omnia deo accepta
bili merito quoque atque remu-
nerabiliter adimplentur propter
hoc ex eius mandato pendere
dicitur tota lex et prophete Sicut
legitur Matthei 22 et Marci 12
Similiter ad Thimotheum 1o 1o finis
precepti caritas quod propter
illam aut acquirenda

aut intendam aut confirmandam
aut adaugendam aut ad
implendam omnia precepta et
et prohibitiones que in utraque
lege continentur. Apostolus hoc etiam
dicit. Initium sapientie timor
domini [illegible] Est ergo dilectio
vere dicta et honorabilis sa-
pientia Iucunda Est apostolus multipli-
ces sui virtutes perfectiones
et laudes quas hic tunc
Comparatione non timoris qui
utique puerilis et elementarius
seu alphabetarius ut ita di
camus sapientia ipsa dilectio
honorabilis. Timet enim
timore servili timet vilit
et non sapit vilit amore
timor servilis sapientie ut ita
loquamur ignobilis et vilis
exercito igitur comparatione servilis
timoris dilectio sapientia nobilis
est et honorabilis // Decimo
re enim servili illa accipienda
sunt que previsimus apostolus quod
aut sola opera que ex caritate
dilectione sunt deo accepta alia
sunt ac remuneratione digna
merces que prestiterunt ut de
claravimus // Si quis autem que
rat numerum mandatorum et re
gularum legis de qua iam de
claravimus qua ipsa est lex
integre honestatis ac perfecte
religionis Fudemus qua
in alio tractatu et querendus
et stabiliendus videlicet
utilitatem de virtutibus et moribus

qui est pars septima scientie
sapientialis et moralis Et
hoc est quod iuxta magnaque
virtutem est specialis decoratio
eius regula et mandatum
Sicut admodum supius dixi
Et quia eadem numero [illegible]
esse virtutum suarum regularum
et mandatorum specialium stabilie
numerum virtutum est stabilie numerum
regularum ipsarum specialium et man-
datorum // De generalibus enim man-
datis et regulis sive de ag-
gregativis in quibus tota lex
aggregata precipitur non est nunc
nobis hic intende cum possent
eadem sint cum particularibus
et partibus suis // Generalia autem
mandata sunt ut declina
a malo et fac bonum Omnis
utique eadem sunt cum subiectis
sibi specialibus sicut genus
quodammodo est idem cum spe
ciebus et quodammodo diversum
aggregativa non sunt quomodo
serva legem custodi mandata
ambula per viam mandatorum
dei // Omnia enim mandata le
gis unumquodque istorum mandatorum
precepta sunt Et apostolus hic unum
quodque istorum ad omnia man
data legis sicut totum
aggregatum ad partes Si
vero queratur ad quid tanta
multitudo mandatorum specialis
hebreorum data videlicet sex centa
et 13 cum constet numerum virtutum
longe minorem esse // Certum

Non 600 et 13 mandata data hebreis
cum [illegible] tante multitudinis p-
receptorum Rabi moyses [illegible] quod tot
dedit mandata quod ossa sunt in
corpore humano scilicet 600 et 13 [illegible]
[illegible] quam sacrificatoris
apud egiptios

cum est declaratione verissima
numerum statutum quadragenarium
non excedere posse. In quo videtur
tres causas fuisse multitudinis
mandatorum. Prima ruditatem
et in eruditorum ipsius populi quod
qualibus preceptis solis erudi-
ri et instrui non potuit. Et
ideo propter particularium manda-
torum erudiendum illum ac
instruendum dederunt deus
quasi puerulum magis statum
bus parum atque minutis et
parvulis integris intendit
secunda causa execrabilis ob
servatis multiplex continuis
eliminacionem et abolitionem pro
parte magna intendit lex
et hoc potissimum in omnibus
mandatis que absurda videntur
et nullam utilitatem afferre
servantibus. Tercia quia libros
legis voluit deus esse suffi-
ciencie propter illo et capacitate
nominum ad hoc illius populi
et pro parte maxima servilis
voluit ergo legem continere
omnia illa que dirigere mode-
rari ac decorare sufficerent
vitam hominum populi dans ei in
hoc multam materiam meditationis
et occupationis in lege illa
propter ruditatis eorum et in
piciae ne librorum paucitas
et parvitas simul essent eis
occasio evagandi ad libros
alienarum traditionum. Et in
credulitates novias et erro-
res impietatis legis que dei con-
trarias superstitiones haurirent
Et hoc multa vigilantia ac
discretione observatum est apud
hebreos multis temporibus
videlicet ut sapientia legis con-
tenti libros aliarum gentium
declinarent. Unde nec philosophie
operam dare illis temporibus appo-
suit donec commixti sunt in-
gentes videlicet caldeos sive babi-
lonios et arabes que due
gentes philosophie disciplinas et
studia maxime quesiverunt
et adhuc ampliare atque perfe-
cte non desistunt quamquam
egipcii inceperunt et greci
sunt studiosissime atque mag-
nifice prosecuti. Hoc ipsum etiam
voluit lex deuteronomii 4 ubi di-
citur est enim vestra sapientia et in-
tellectus coram populis et ipsa quod nunquam
non amplius unus adeo requirit
visionem plurimis ac inutilis
ad legem magis et ad testimonium
et in psalmo beatus vir qui in
lege domini meditatur die ac
nocte et multa huiusmodi. Deinde
ita arcuit eos ipsa lex ad
sui ingentem meditationem et ob-
servanciam ut aliud eis co-
gitare et in aliis studere
nullo modo vacaret. Sicut
legitur deuteronomii 6 meditaberis
ea sedens in domo tua et
ambulans in itinere dormiens
atque consurgens et cetera. Postquam
aut caldeis sive babiloniis
seu genti arabum commixti
sunt in instruerunt eorum se
studiis eorum et philosophie et secu-
ti sunt opiniones philosophorum nesci-
entes legis seu credulitates

et abrahe fidem contra dispu-
taciones eorum et rationes defe-
dere hinc est quod facti sunt
erronei et in fide ipsius abra-
he herretici maxime postquam
regnum sarracenorum diffusum
est super habitacionem eorum (Hoc inde
eciam et civitate mundi et alios
Aristotilis errores secuti sunt
multi eorum hinc est quod pauci
vere iudei hoc est qui non in
parte aliqua credulitatis sue
sarracenis sunt aut Aristoti-
licis consencientes erroribus
multa sarracenorum inveniuntur
de hiis qui inter philosophos queruntur
dedit causa occasionem non levem
apostasie hiis nam ea que videntur
multorum absurditas et inutili-
tas / dum enim apparet in eis
absurditas et inutilitas
nulla aut preceptionis aut
inhibicionis eorum racionis illa
observanciarum utilitas Non
est mirum si ab eis recedit
si tamquam onera supervacua
proiciuntur / Quod aut tota lex
hebreorum deo auctore et inspi-
rante et condita et edita
sit et populo hebreorum imposita
Et ipse legislator videlicet
moyses servus dei nuncius
esset indubitatam fidem
faciunt et signa et miracula
in quibus venit quibus similia
nullus ante temporibus christianorum
creditur eum fecisse / Sed quid
de hiis faciunt tria illa sig-
que datum est ei facere coram
filiis israel Et leguntur Exodi
iiii° s. de virga conversa in colu-
brum manu leprosa et sanata
aqua versa in sanguinem / deinde
plage egipti divisio maris
rubri Submersio exercitus pharao-
nis / amanna deserti Aqua
educta de petra Et alia que
enumerare longum Et ne ma-
gice artis unquam irrepat
suspicio defectus magorum et
attestacio prohibet et removet
evidenter // deficientes enim
in tercio signo cogente veritate
confessi sunt quia digitus
id est virtus vel operacio dei
est hic sicut legitur Exodi
viii° Apparet eciam quia virtute
dei omnipotentis ista facta
sunt Ex hoc quod dii egipciorum
nichil contra ista mirabilia
potuerunt videlicet nec pla-
gas auferre nec egipciorum
exercitum iuvare aut liberare
nec moysen aut hebreorum
populum ullatenus impedire
propter quod tum tantis mira-
bilibus populo hebreorum omnipotenti
virtutis dei altissimi clarissime
omnimodus defectus et im-
potencia deorum hiis evidenter
apparuisset beneficentiaque illius
largissima expertus esset id
populus deorumque cultuum
omnino cultoribus suis esse
inutile deprehendisset / locus
lictera

Nota quod nichil est in lege quod non habeat causam racionabilem etc.

fuit ut cultus dei altissimi et honorificencia et lex qua secundum beneplacitum eius viveret eidem imponeretur Cultus quidem deorum aperte deprehensus vanus et inutilis eidem interdiceretur quod et factum est post submersionem scilicet currus pharaonis et victoriam de Amaleth sicut legitur Exo. 19 ubi per moysen loquitur ipse deus ad eos dicens/ Vos qui vidistis que fecerim egipciis etc. ubi elegit eos in populum peculiarem dicens Eritis vos assumpserim michi Et iterum vos eritis michi in regnum sacerdotale gens sancta etc. deinde in 20 dat eis legem in terrore et horrore magnis ut eorum potarent abduci ymo abrumpi ab inveteratis erroribus inprimendo sermone magnalium et timore magnis propter quod et omnipotentem in sermone magnalium et terribilem in ardore ignis in vocibus et in clangore buccine se eisdem exhibuit et ostendit Multa enim est efficacissima vis timoris ad immutanda corda ad humandas veteres consuetudines et mirabiliter est humilians corda durata atque subiciens eius imperio qui timentur Et propter hoc illo tempore Moyses est dux tocius domini iam et auctoritatem populi illius sicut legitur in omnibus prophetis Apparet igitur ex omnibus hiis totam legem

moysi deo auctore et conditore editam esse Erunt nichil in ea inutile est nichil supervacuum vel absurdum // Nichil igitur in ea vel preceptum vel prohibitum est nichil statutum vel narratum quod non habeat causam racionabilem et sufficientem racionem sive occulta sive manifestam Ea enim que evidenter ad dei honorificenciam et vite nostre composicionem et decorem pertinent per se manifestam habent utilitatem et debita sunt per se sicut mandata quibus precipitur diligere deum vel timere et adhuc modum omnia illa quibus aliqua operacio virtutis expresse precipitur aut alicuius vicii prohibetur sicut non furtum facies non mechaberis Exodi 20 evidens utilitas est in quibusdam que propter mala que de rebus aliquibus provenire consueverunt precepta sunt sicut cooperire cisternam ne quis in eam cadat Recludi bos cornupeta ne quem cornu feriat/ Sunt et alia in quibus evidens est utilitas pacis sicut est furum et raptorum punicio domini rebellium filiorum et parentum contumacium Ad hoc etiam pertinet prohibicio scortorum et lupanarium propter et si etiam alia inhonestatem non haberent ut vitarent quanam alis detemperarent

scorta et lupanaria multas
tamen perturbaciones vite huma-
ne ingerunt videlicet rixarum
latrociniorum et homicidiorum
et de hiis est non solum credu-
litas aut opinio sed per cot-
tidianam experienciam certitu-
do Ad hoc pertinent eciam iudi-
cia quibus lites et discordie
pacificantur Sunt et alia
permissa tamen non precepta per-
missa utique hoc est lege non
punita sicut repudium odiose
uxoris et exaccio usurarum
ab alienis quam fratribus hoc
est ab aliis quam hebreis
Que utique ideo permissa sunt
ut maiora mala declinarentur
Sciebat namque legislator eam
esse iudeorum maliciam ut
uxores odiosas cum abicere
non nisi per mortem separari
possent occiderent Sciebat
et eam esse eorundem cupidi-
tatem et avariciam ut in
fratribus hoc est hebreis usuras
exercerent nisi alienis ad usuram
dare permitterentur Usuram enim
malum esse et rapinam evi-
denter iam alibi declaravimus
Fecit igitur legislator huiusmodi
permissiones quod in tali
populo fieri potuit videlicet
peos per minorum malorum permis-
siones a maioribus auti-
dem quod aut quedam mala licet
minora quibusdam maioribus

magis puniri precepit illa pro-
culdubio causa fuit quia licet
minora frequencius tamen con-
tingebant in populo illo Et propter
hoc plus nocebant tranquillitati
et paci populi ipsa frequencia
sua Propter hoc eciam quia multi-
tudinem involvebat difficilior
erat eorum curacio // Am-
plius facilior erat eorum quam fur-
tis propter oportunitates sicut
facilior est omnis furacio quam
auri equivalentis Et hoc est
quia et omnis facilius invenitur
et aurum arcius custoditur
Amplius de bobus et ovibus
sacrificabant deo aliqua et
offerebant in sacrificiis ex
necessitate Et propter hoc quasi
partem habebat dominus in gregibus
et armentis / De auro vero
nichil sibi sacrificari preter quam
in constitucione tabernaculi
et edificacione templi ac fa-
bricacione vasorum ipsorum Credo
igitur mirum si districtius ea cu-
stodiri voluit et durepcam
eorum ac furacionum severius
vindicari de quibus ei per se
de necessitate debebatur quam
ea de quibus ei nichil debe-
batur sed voluntate tantum
offerebantur // Amplius armen-
ta et greges non solum utilia
sed eciam necessaria erant vic-
tui et habitui sive vestitui
humano propter premissa // Aurum
vero quantum ad hoc superfluum

Nota causam
duplicitatis pe-
narum usurarum
et rapinis

est atque inutile Merito ergo
magis custodienda fuerunt
furta que et rapine eorum seviori
animadversione punienda // Am-
plius bobus et ovibus tam-
quam sacris animalibus et pene
divino honore dignis parcendum
credebant egiptii nam quos
inmixti fuerant propter deos quos
colebant videlicet serapim et
amonem quorum primus appare-
bat in specie bovis et alter in specie
arietis propter hanc etiam causam
detestantur egiptii omnes pasto-
res ovium sicut legitur Gen 46
Propter hoc et huiusmodi animalia vocantur
abhominaciones egiptiorum sicut
legitur Exodi viii Abhomina-
ciones enim egiptiorum ymolabimus
deo nostro Quia igitur inmixti
erant intra egiptum et inter
egiptios / Voluit eis deus non
esse abhominanda huiusmodi animalia
iuxta consuetudinem egiptiorum
et usum eorum vanum et inu-
tilem Docuit etiam in parte
ista et omnes divicias super-
fluas non parum vilificat ava-
riciam etiam et cupiditatem
hoc facto suggillavit Quod
autem quinque boves et quatuor
oves pro una restitui precepit
Exodi 22 Illa creditur esse
causa videlicet quia quatuor
comoda seu utilitates habet
ovis / duas scilicet pelles et carnis
et alias duas fructus et fetus
fructum autem intelligimus lac
caseum et butirum Has vero
quatuor utilitates habet et bos

et insuper quintam scilicet laborem seu
agricolacionis sive evectionis
oneris Quia igitur quinque dampna
irrogat qui bovem furatur Ovi-
vero tamen quatuor qui ovem Merito quinque
boves pro uno restitui et quator-
tum oves pro una reddi precepit
dominus // Verisimiliter autem videtur
non hoc attendisse deum quod
diximus de numero utilitatum
in hoc precepto // Cum et inve-
niatur alia utilitas bovum inter
premissionis valde necessaria scilicet
triture segetum et ita sex
boves pro uno restitui precepisse-
t si huiusmodi utilitatum numerum atten-
disset // Si quis tamen dicat
quia utilitatem triture segetum
non reputavit dominus ab utili-
tate agriculture cum annexam
triture agricolacioni non improba-
biliter diceret // Probabilius tamen
videtur deum in ista constitu-
cione respectum habuisse ad
maioritatem audacie atque
dampni maioris enim audacie
et improbabilitatis est bovem
furari quam ovem et ideo
severius puniendus // Hanc ergo
penam ideo statuit dominus
deus quia vidit eam sufficientem
ad deterrendam et corrigendam
improbabilitatem et audaciam
pro illius temporis malis /
Maiorem autem aut minorem
penam statuisset in his
si hoc esset necessarium aut
expediens vidisset Quod
utique eum nullomodo latere
potuit // Debes autem scire
quia iste pene non infligebantur

nisi tum maliciose ab ipsis
furatoribus vel comesta vel
aliter consumpta erant // Si
enim inveniebantur apud eos
viva non nisi duplum restituere
cogebantur sicut legitur in me
morato capitulo Et hoc est
quia consumptio et comestio
rei aliene aut nova peccata
erant videlicet nova furta
cum essent contrectationes
rei aliene invito domino aut
saltem magne aggravationes
furtorum Et ideo nimio compre
addicione eorum addebatur et
pena Cum autem inveniebatur
furtum illesum et integrum
restituebatur domino rei furtive
duplum duabus de causis
videlicet secundum legem talionis que
iustissima videtur hoc est
ut tantum dampnificaretur ipse
fur quantum dampnificare
voluerat alium Et sic in sua
ipsa pena disceret qualis erga
alios se habere debet // Alia est
de causa dupli restitutione
puniebatur huiusmodi furtum quia
videlicet dupliciter peccat fur
in eum cui aliquid furatur
Tenetur enim unusquisque non
solum in nocendo se frenare
erga alium sed etiam in animo se
exhibere beneficum / fur autem
contra utrumque delinquit In
venies etiam in huiusmodi man
datis severe valde medium
puniri maliciam vel negligentiam
Quemadmodum cum quis

dimittebat iumentum suum depa
scere alienum agrum sive vineam
puniebatur enim huiusmodi delictum
oblatione eius quod ille habebat
optimum in agro suo vel vinea
et hoc est ut vitarent que occasione
huiusmodi furtis evenire facile pote
rant declinarent // disciplina
namque iudicialis sive iusticialis
velud cirurgia quedam spiritua
lis est quia tanquam ferro et
igne que putrida sunt aut
alias morbida in corpore populi
inveniuntur et secant priores pe
cias aut etiam secant videlicet
cum per mortem corporalem de
medio tolluntur Gladius igitur
et ignis ceteraque penarum cor
poralium instrumenta velud
dei cirurgici sicut et portant
principes seculares sicut legitur
in 13 ad Romanos Non enim sine cau
sa gladium portat Et quia
de fundo putei hoc est de profun
do diabolice adinventionis emer
sit temporibus heretice pravi
tatis ranunculus audens
coaxare contra dei iusticiam
et legem quia nullomodo nulla
ex causa licet occidere homines
corporaliter // Postquam in hoc
devenimus scilicet ut de lege tali
onis loqueremur destruamus
hunc errorem destructione
qua possibile est et quevit
Queritur igitur an huiusmodi erro
neis utrum erudiendi sunt
puniri et corrigendi saltem
quantumcumque levibus flagellis
Cum si viderint quod non
Restat ergo ut dimittantur

Nota contra hos
qui dicunt quod nulla
causa homines de
beret occidi etc.

omnibus vitijs et insanijs Et
ppt hoc ut minus curent' qua
tanes et asini et equi et
minus etiam curandi sint Cum
disciplina huiusmodi animalibus
adhibenda sit et non filijs
Et inchoatis per disciplinam
querenda sit alijs animalibus
filij aut penitus negligendi
et in omnem deteriorationem
et pessimationem abire dimit-
tendi // Amplius Cum homines
etiam animalia sint non ideo
quia animalia sunt contra disci-
plinam erunt quia constat eam
nulli animalium esset impenden-
da disciplina Ergo propter hanc
tamquam non erit eis impen-
denda disciplina videlicet
quia homines sunt Erunt
igitur negligendi et vilioris
conditionis ad hoc ceteris animalibus
habendi quia homines sunt Ma-
nifestum autem est quia contra hoc
quod homines sunt incompa-
biliter nobiliores et preciosio-
res sunt ceteris animalibus Magis
igitur erudiendi magis omni
custodia omni que disciplina cu-
randi // Amplius Quis du-
bitat quin morti corporali homi-
num parvulorum quam adultorum
occurrendum sit etiam eis in-
vitis et quin contrahendi sit
de aqua et igne ea vi et vi-
olentia quam requirunt ista
pericula Et etiam ne in ea
se precipitent aut aliter cadat
arcendi Si enim morti corporali
brutorum animalium tantoopere con-
sulendum sit Si tanta sollici-
tudine contrahuntur de puteis
aut foveis aut proximatis
periculis ut occurratur morti
eorum corporali Multo fortius
ista facienda sunt ut occurratur
morti hominum corporali Multo
fortius ergo ista adhiben-
da sunt ut occurratur morti
eorum spirituali Inditum igitur
et quantumlibet renitentes con-
trahendi sunt de huiusmodi periculis
et abarcendi ab eis homines
propter mortem corporalem Quanto
multo fortius incomparabiliter
contrahendi sunt de periculis
spiritualibus et arcendi ab
eis propter mortem spiritualem
Hec autem mors non est nisi
vicium et peccatum que adeo
separant quod est vita spiritualis
animarum Quare manifestum
est non solum contrahendos
esse homines a vicijs et peccatis
sed etiam arcendos atque re-
pellendos omni studio omni
que vi ad hoc necessarijs // Am-
plius Si asinus tuus mul-
tum cecidit nunquid non
flagellis aut stimulis ur-
gendus est ut inde consurgat
Nunquid non funibus si ali-
unde consurgere noluit quantumque
renitatur erit inde contrahendus
Disciplinam igitur esse adhi-
bendam hominibus non solum
manifestum est per viam pro-
bacionum quas diximus
sed etiam eius confessio

consequendi eius quod negacio
igne et gladio profligenda
Sicut enim maxime iniusticiadi
sunt qui iusticiam esse facie-
ndam negant tamquam maxime
iniusti et maxime discipli-
nandi hostes iusticie sic ma-
xime sunt cohercendi qui
cohercionem faciendam esse ne-
gant et maxime discipli-
nandi qui disciplinam maxime
impugnant Quare omnis
iusticia et omnis disciplina
contra istam iniusticiam et
indisciplinacionem totis studiis
ac viribus armari et in-
pugnare debent Quid enim
aliud predicat huius erroris
insania nisi omnem iusticiam
iniusticiam esse et omnem
disciplinam iniquam seviciam
esse Si enim non est iustum esse
iusticiam ut ipsi dicunt ymmo
iniustum tunc omne quod iniu-
stum est fieri iniusticia sit
procul dubio consequens est
omnem iusticiam iniusticiam
esse Et item si non possent
puniri homines nisi inique
ut ipsi dicunt tunc omnis in-
iusta pena iniqua sevicia
sit et intollerosa crudelitas
Quod est contrarietate secundum eos
quod diximus videlicet quod omne
id quod vocatur iusticia in-
iusticia est Iniusticia dico
id est iusta punicio seu vindicta
maleficiorum Et omnis pena
non erit nisi iniqua sevicia

Restat igitur cohercionem iustam
et disciplinam adhibendas
esse hominibus Et multo amplius
adultis quam parvulis Quia in-
disciplinacio adultorum et in-
solencia maiorem turbacionem
ingerit rebus humanis quam
parvulorum propter vires corporum
et astuciam motusque malicie
que omnia magis vigent in
adultis quam in parvulis Cum
enim nulli dubium est virum adul-
tum et astucia et viribus
et malicia plus posse ad no-
cumentum hominum ac perturbacionem
quam parvulos multos // amplius
Cum non est manifestum furio-
sos corpore esse recludendos
atque ligandos auferendosque
eis gladios ceteraque instrume-
nta nocendi ne sibi vel aliis
noceant Multo forcius igitur
ista facienda sunt furiosis men-
te ne sibi vel aliis spiritualiter
noceant cum nocumenta spiritua-
lia quibus anime pereunt incom-
parabiliter maiora sunt magisque
declinanda quam corporalia
Reprimamus igitur ista radicem
certissimam atque firmissimam
videlicet disciplinam adhibendam
esse hominibus non solum doctrinam
Et iterum disciplinam lenium pe-
narum quod eos ausos fuisse
negare non dum audivimus
sed mortis supplicium irrogandum
esse hoc est quod negant
Queramus ergo ab eis si mino-
res non sufficiunt ad correctionem

aliamque utrum sint augende
pene vel non vero possunt
aut negare quin augende
sint Si enim de iusticia levio-
res infeunde sunt alicui pro
culpa aliqua cum ipse peccans
non dum corrigatur sed addat
preterite culpe contumaciam
manifestum est cum contumacia
sit grave peccatum quod nullo contu-
macie debet cessare pena
aut contumacia remanet im-
punita quod non potest aut deinde
contumacia remanet impuni-
ta augenda igitur est de iusticia
in casu proposito pena videlicet
racione contumacie que superad-
dita est precedenti culpe de ipsa
similiter quamvis contumacia si
crescat ipsa si crescere debeat
de iure eius pena Si dixit
quod non accidit ex hoc evidenter
quod maiori et minori culpe de-
beatur equalis pena Cum cre-
scente contumacia crescere
de iure non debeat eius pe-
na quam ipsi relinquitur ergo
ut si crescat contumacia
crescere de iure debeat eius
pena Omnia igitur crescere
potest de iure quibuslibet et pena
durare necesse est ut ipsa vel sit
mors corporalis vel equalis illi
Cum mors corporalis non sit
pena infinita probatur autem
viam alcioribus flagellis
veniretur ad vulnera et acerbius
ad vulnera ab illis ad tormen-
ta / a tormentis ad ipsam mor-
tem propter nimia scilicet contumacie
incrementa // Amplius mors
corporalis aut est pena ma-
ior omni culpa Si est ma-
ior omni culpa in iustus ergo
est deus qui cam inflixit
pro comestione ligni sciencie
boni et mali Cum maior
sit pena mortis quam cul-
pa comestionis illius //
Amplius Si est maior sed
culpa aut habet proporcionem
ad aliquam culpam vel non
Si nulla eius est comparacio
ad quamcumque culpam conse-
quens est quantitate quod
nulla est eius comparacio
ad aliam quamcumque cor-
poris penam Cum enim alia pe-
na corporis habet equalem
sibi culpam Et hoc est quod
quecumque alia pena corporis
debetur pro aliqua culpa //
Hinc autem probacio est per
incrementa et comparaciones
culparum Cum enim quelibet
alia pena corporis finita
sit / necesse est ut certa comparacio
cuiuscumque alterius ad quamcumque
sui generis sicut unaquaque
flagellacio sive livor ad
livorem comparacionem certam
habet similiter et mutila-
cio ad mutilacionem Cum igitur
proporcionales sint culpe
et pene illis debite ponamus
quod alicui culpe debeatur fla-
gellacio aliqua quantitate
duplo maiori culpe duplo
maiori debebitur flagellacio
et ita in infinitum Similiter
quia alicui culpe debetur

mutilacio mēbri duplo maiori
culpe debebit͛ de iure duplo
maior mutilacio Et si am-
putacio vnius manus debetur
alicui culpe amputacio duarum
debebit͛ duplo maiori // Am-
plius queritur ab eis
vtrum pro culpa aliqua de-
beat͛ mēbri alicuius muti-
lacio siue amissio Si enim
pro nulla culpa sit de iure
inferri alicuius mēbri mu-
tilacio cum tamē pro aliqua
possit inferri flagellacio
consequens ē ex necessitate
ut pro aliqua culpa possit
inferri alicuius mēbri mu-
tilacio / Esto enim quod sit ali-
qua culpa que vocet͛ a
cui debita sit flagellacio
que vocet͛ b Culpe igit͛
centuple ad a debetur
flagellacio centupla ad b
et mille cuple culpe mille-
cupla flagellacio et ita in
infinitum Quare nō est re-
perire aliquantam flagellacionem
que possit de iure deberi
maior // Est autem aliqua
flagellacio maior pena
quam mutilacio manus uel
oculi uel pedis Potest igit͛
de iure deberi maior ali-
qua pena corporalis quam
sit mutilacio alicuius no-
minatorum mēbrorum Multo
igit͛ forcius potest deberi de
iure ipa mutilacio Si autem

hoc ē uerum secundum quantitatem quod
et mors ipa corporalis de iure
possit pro aliqua culpa inflygi
Sicut enim oculus ad totum
corpus sic amissio oculi ad
amissionem totius corporis Et
sicut mors oculi ad oculum
sic mors totius corporis ad
totum corpus Cum igit͛ tanta
comparacio ē totius corporis
ad oculum in omnibus hoc est
in magnitudine et virtute et va-
lore Et si quid aliud tale
attendi potest et debet in hijs
tanta erit comparacio seu propor-
cio mortis totius corporis
ad mortem oculi Et pene huius
ad penam illam ponamus
igit͛ a culpam cui debetur
cecitacio siue mors oculi et
sit centupla uel millecupla
mors totius corporis ad mortem
oculi b nō sit ad a in eadem
proportione Cum igit͛ sicut
culpa ad culpam ita pena de-
bita ad penam pro a uero cul-
pa debetur mors oculi siue
amissio illius ergo pro b cul-
pa debebit͛ mors siue amis-
sio totius corporis Manifestum
autem ē quia ē reperire culpam
in qualicumque proportione ad a
Quare in ea proportione que
est totius corporis ad oculum
ad idem veniet͛ per gradus et
augmenta flagellacionum
Cum enim possit culpa uel con-
tumacia cui debent͛ plage
xl uel c crescere in infinitum

crescere potest in eis donec ei debeatur
tantus illas plagas minus quam
mortem decentitate inducat
Et ita debebitur pena mortis
corporalis pro aliqua culpa //
Exemplum Esto quod aliquis occi-
derit hominem inique omnino que-
rimus ab eis qua pena mors
ista puniendi sit de iusticia
aut erit punienda pena mortis
aut minore Si pena mortis
non solum igitur licitum sed etiam
iustum est occidere occisorem Si
minori pena vel finito minori
vel infinito Si finito minori ulli-
us comparacionis est id quod patitur
ad id quod intulit Est igitur
ista iusticia quemadmodum si eis
dampnificasset alium in mille
millibus libras et puniretur amis-
sione unius festuce vel palee
Sicut enim una palea vel fe-
stuca ad mille milium libras
auri ita pena que interfectori
infligenda est pro homicidio
ad mortem quam intulit
quoniam in infinitum et absque
ulla comparacione minor et hec
non est nisi ridiculum Si non finito
minor pena infligenda est inter-
fectori a minori igitur redimit maius
Et idem est ac si dampnificas-
set proximum in centum marcis
et ipse absolveretur per unum // Exemplum
cum dato sibi beneficio impug-
nat datorem omnino innocentem
et in nullo illum ledentem de-
iure debet amittere illud bene-
ficium igitur vita qua revera est
beneficium a deo datore si deum
impugnat de iure debet amittere
illam omnis autem viciosus aut
maligne vivens vita sua
deum impugnat et maxime
aut hereticus aut paganus
Illi enim aperte deum impug-
nant auffendo illi hereditatem
suam videlicet animas hominum et suam
et aliorum similiter gloriam suam
et honorem divinum cultum eius
et religionem totis viribus ac
studiis destruere conantur
Ista enim duo gloria hominum
totam se vitam suam mundi
impugnacionem in eius inim-
icam et contumeliam con-
verterunt / De iure ergo auffer-
ri eis potest non solum vita corpora-
lis sed etiam animas si animae
mortales essent // Exemplum
Si mors eterna infligenda
est pro culpa aliqua quanto
forcius mors temporalis / Ex-
emplum Aut pugnandum
est contra dei inimicos aut
non Si sic Ergo pugnandi
igitur sunt et iustum est bellum
contra eos Tamdiu igitur
pugnandum est contra eos
quamdiu rebellant Si igitur
rebellant usque ad mortem
corporum suorum volentes omnino
cedere vel desistere a dei inim-
iciis ac contumeliis pugnandum
est contra eos usque ad mortem
corporalem ipsorum Manifestum
igitur est quod in isto bello
occidendi sunt Ex si dixit
quia non est pugnandum
contra eos vel fugiendum
igitur est vel cedendum eis
Ecclesia sustinenda est quod=

inatio honoris divini atque cul-
tus ut patet corporibus ministros
dei / Et fugiendo eum et re-
cedendo ad istum in debiles
deveniunt confugientes tam
tedet vite licet appetit igitur
evidenter quia sub pretextu
false pietatis qua volunt
huiusmodi cironici corporibus sue
impietate nequissima predi-
cant iudeum et animas evidenter
divinum dei cultum et religio-
nem pie tollunt remedio // Hoc
igitur querit tandem ista im-
pietas ut regnum dei et eius
civitas remaneat penitus
indefensum et prede et di-
reptioni vastationi exponatur
Et ut vita corporum moribunda
iam iamque morituris vita
nunquam miserrima vite beate
animarum et divine honorificentie ac
preferatur // Amplius cum eius
ab ipsis viris saltem verbo
contradicendum sit erroribus
impietatis / Quod si dixerint
quia nec verbo contradicendum
est / Restat igitur ut veritas
salutaris nec predicanda
sit nec docenda Cum contra
errores huiusmodi disputandum
non sit // Doctrina enim potissime
in disputationibus consistit
et probationibus Quo deli-
ramento illum magis inve-
niri potest Si verbo contradicendum
est huiusmodi erroribus saltem

verbo pugnandum est igitur
contra eos lingua // Nullo
aut privilegio exempta est
manus a divini honoris sim-
tute sine servitio unius porta-
que debito est eius ut lin-
gua certare eque manum pug-
nandum contra errores huiusmodi
pro dei gloria et animarum salute
// Amplius Si bestie brutales sive
materiales videlicet lupi et leo-
nes serpentes atque dracones
ferro et igne dumque que de-
bellationis exterminande sunt
pro salute corporum humanorum que
devorant et occidunt a multo
fortius bestie spirituales pro salu-
te animarum quas seducendo et
subvertendo spirituali devorant
et occidunt separantes eos a deo
qui vita est animarum omni gla-
dio et bello exterminande sunt
Et attende comparationem besti-
alem materialium et spiritualium
qua convenientissima est
ac contraria Si clementiam prelatorum
hereticorum si benevolentiam
parcendo predicatoris attendis
Amplius / Quia blasphemus
incorrigibilis blasphemiarum
Quam predicator sic est in ecclesia
dei sicut ovis contagiosa
morbida in grege et sicut
membrum cancerosum in cor-
pore Cancerosum dico
cancro incurabili et ingre-
serpente ergo id faciendum
est de eo pro salute totius
ecclesie quod faciendum esset

dcone et membro huiusmodi
et pro totius gregis et corporis
salute Quare resecandi sunt
aut comburendi modis quibus sibi
cum necessitate de medio tol-
lendi Quod si forte dixe-
rint quia venena occidendi
sunt impij pertinaces non autem
ab hominibus sed a deo Sequitur
eos consequenter quod honor
dei atque religio christianus
exponendi sunt nulla quia est
eis defensio adhibenda Ac-
cidit etiam ut deo nichil pe=
nitus honoris debeatur cum
nec in nobis nec in alijs li-
ceat nobis eius honorem
defendere defensione que re-
pellit oppugnantes // Am-
plius quererem ab eis qua
de causa adeo velint parci cor-
poribus a morte Si enim propter
spem correctionis ibi cessat
cum necessitate falsa pietas
ista Quare ubi evidenter
pertinaces et incorrigibiles
sunt et mori cum volentes
in impietate persistant sic
occidendi sunt Si vero pre-
ciositas vite corporalis causa
est propter quam parcendum est
corporibus Quanto fortius in-
comparabiliter maior preciositas
vite spiritualis efficiet ut eis
parcendum non sit Manichei
aut qui corpora humana dicunt
esse opera diaboli non habent
quid videant cum necesse
habeant confiteri destruen=

da esse opera diaboli maxime
a filijs dei // Sequitur Jam secundum
planum et expositis que diximus
quanta impietate ipsi deum
et animas humanas fremendum
esse credunt sub pretextu pie-
tatis corporum huiusmodi
erronei Nec advertunt quod
ipsis etiam corporibus impiorum
magis parcitur incomparabiliter
non parcendo temporaliter Occidendo
enim temporaliter ab eternis suppli-
cijs corporibus impiorum minus
parcitur quoniam ea si supervivent
adaugent // Ratio namque
quanto ultimus vivent impij
peccata peccatis plura addent sic
et supplicia supplicijs cumula-
rent Et propter hoc sicut per
mortem corporis fit eis licet
invitis ne peccent amplius
sic et ne amplius torqueantur
non solum ne in animabus sed
etiam ne in corporibus Quia
propter ipsis corporibus eorum occi-
dendo parcitur evidenter cum pars
suppliciorum infernalium que in
corpore passuri erunt eis
detrahitur per mortem // Quelibet
autem pars suppliciorum infernali-
um maior est incomparabiliter
supplicio mortis corporalis
Quare incomparabiliter magis
parcitur eis occidendo eis corporaliter
quam parci possit eisdem a morte
corporali parcendo Ad illud autem
quod obicere nobis solent
Quia precepit nobis veritas
in euangelio Matthei 13 Sinite
zizania crescere usque ad messem

ne forte simul eradicaret et
triticum. Videmus ergo mani-
festum quod istud non precepisse
veritatem nisi ut solummodo
tritico parceretur. Non enim voluit
parci zizaniis sed tritico soli.
Quare voluit parci zizaniis
in tritici detrimentum. Quare
ubi non sit eis parci ubicumque
ergo crescunt zizania in suf-
focationem aut detrimentum
tritici ibi illatenus volunt eis
parci. Ubi ergo impii in corruptio-
nem populi dei vel diminutionem
crescunt ibi illatenus compe-
scendi sunt sed eradicandi
et hoc per corporalem mortem
quando alias eradicari non possunt.
Alias enim eradicari non
possunt incorrigibiles et con-
tumaces. Quare occidendi
sunt cum necessitate. Quod si
quis dixerit quia ipsi qui modo
sunt zizania possunt esse
triticum quia conversi possunt
ad viam veritatis, verum
utique dicunt. Sed quia convertantur
et triticum fiant, quando videlicet
contumaces et in errore perti-
naces non sunt contra. Quod autem
perversi illi qui triticum sunt
zizania fiant hoc evidenter
constat. Simplices enim et in-
eruditos astucia sua incredi-
bili facilitate subvertunt
et insuper pauca zizania
multam tritici segetem facile
pervertit atque suffocat. Difficile
enim admodum et rarum

videmus hereticos conversione
facili mutari et acceptam fide-
lem submissionem. Quare bona
conversione hominis erronei
et primum est et rarum atque difficile
et eciam nisi in actu ut nichil
appareat quod merito sperari posset
appareat. Malum vero quod incessanter
irrogant magnum est, ut pestis
vel incendium crebrum eciam et
facile et insuper evidens atque
certissimum. Quis ergo non vi-
deat quia vita adeo pestilens
et perniciosa paucorum tota festi-
natione tollenda sit de medio
ut pestis et incendium, ne diu
vana spe paucis parcatur per quos
irreparabilis multitudo perdatur.
Hoc enim est ac si diceretur ut pa-
ucis lupis in medio gregis dis-
currentibus gregem quasi incessanter
lacerantibus ac devorantibus
ete et etiam interiecto ex
eius habundancia siccitatis
hoc idem videmus fieri in lig-
nis et hec passio potest fieri in
toto pariete sicut in toto lapi-
de in aliquo quod eadem cancri-
nati et fieri eciam in toto pa-
riete ut in uno ex lapidibus eius
Has ergo passiones in vestibus
et domibus lex horruit tum
propter salubritatem inhabitantium
Propter eius enim passionibus colebantur
demoni penates et lares vel
propter hoc ut eas tollerent vel ne
eis inferrent // voluit ergo

deus ut ad sacerdotes suos
propter has passiones recurrent
et abrasionibus atque combu-
stionibus ablucionibus que et
expiacionibus mundarentur
tamquam vero expiacionis
sacerdotes ideo adhiberi
voluit ut huiusmodi demonia
exterminarentur Et nouo item
voluit istas immundicias sed
ut artibus superstitionis
longe fierent Vero autem quo-
niam erit miraculum
et famosum curatos lepro-
sos apud hebreos Species
autem lepre secundum legis in-
tencionem sex distinguuntur.
ut prima sit capitis et bar-
be secunda caluicii et recal-
uicii Tercia carnis et
cutis Quarta cutis et cor-
poris et cicatricis albe cum ru-
bore Quinta ulceris et ci-
catricis Sexta ustionis in
capite // Distinguuntur autem
aliomodo et ordine prima
in corpore secunda in carne Tercia
in cute Quarta in capilla-
tura Quinta in veste Sex-
ta in domo // Colores vero
lepram de quibus lex fa-
cit mencionem sex sunt videlicet
color pallidus rubeus al-
bus liuidus niger et flo-
rescens // lepra autem capitis
et barbe pro eo sic nominata
est quod in eis primum apparet
Simul lepra caluicii et re-
caluacionis quia in eis primum

nis maxime apparet propter quod
ad mundationem leprosi et
leprose domus quatuor illa
adhibentur videlicet lignum cedri
num ysopus coccus bis tinctus
et passer vivus ex quibus
fit aspersorium ut lignum ce-
drinum sit quasi eius manu-
brium coccus vero sit filum
et ligatura ipsius cuius alli-
gentur simul fasciculus ysopi
et passer vivus unus hii
que duo simul scilicet ysopi fasci-
culus et passer velut asp-
persorium intingantur in aquis
vivis et sanguine alterius pas-
seris ymolati ut inde asp-
gatur qui mundandus est
propter hoc adhibentur quod diximus
in sacrificio vitule ruffe
scilicet quia ab uno quoque quatuor
elementorum radicaliter et pro-
xime vita queque species le-
pre contrahitur per humorem
elemento proveniente propter
hoc auctori elementorum scilicet deo
ritus iste exhibetur ut im-
mundicia ab elementis con-
tracta hoc ritu ab ipso mun-
detur. In hoc ritu passer
aerea expresse designat
licet in odore alios cedri
scilicet et ysopi satis intelligi
possit ut supra diximus
cum hic illesa et integra
adhibentur Ibi vero .i. in pre-
nominato sacrificio combureretur
sive propter hoc ut maior osten-
datur immundicia peccatorum
que spiritualis est quam im-
mundicia lepre que corporalis
est Deinde propter hoc ut ostendantur
tria elementa per peccata hominis
inquinata per ignem tamen esse
purganda Et ideo coccus bis
tinctus qui utique coloris ignei
est additur ut purgacionem
novissimam per ignem facien-
dam insinuet Ceterum de ce-
dro que putredinem a se in-
perpetuo repellit et de ysopo
que putridum humorem pur-
gat et maculas faciei abster-
git nota contra lepre putre-
dinem cedrus imputribilis
et contra putridum humorem
ysopus eius scilicet purgativa
inventio etiam et contra fetorem
passionis illius et maculas
convenienter adhibentur Cre-
ditur enim et ysopi sucus fa-
ciei maculas abstergere Coccus
vero bis tinctus etiam propter hoc
ut vividum ac redimitum co-
lorem per hunc ritum leproso
restitui significet adhibentur
etiam ista quatuor ut leprosus
in mundicia lepre sue inqui-
nari tria elementa admodum
agnoscat Deinde tanto ingo-
esse in mundiciam lepre cor-
poralis immundicia lepre spiritua-
lis intelligat quanto facilio-
rem eius purgacionem esse
cognoscit dum hanc conspiciat
levi aspersione illa vero non
nisi forti conflagracione pur-
gari Et attende quia pas-
ser vivus liber in agrum

avolare hic dimitti precipitur.
Post completum ritum purgacio-
nis passer predictus de quibus
est gregatim inhabitantibus
atque volantibus. Cum ergo
ab alligacione aspersorii ad agros
avolare dimittitur. idem est
ac si ad propria castra redeundi
licencia ei detur. In quo
significatur leprosus curatu copia-
tionis liber ad castra reuertens.
Quod autem de sanguine hostie
ymolate super extremum auri-
cule dextre et super pollices
dextros manus et pedis poni
precipitur illa causa videtur esse
mixta literam quia in hiis
pollicibus signa lepre conue-
nerit apparere in primis videlicet
insensibilitas eorum. Et forte
idem apparet in extremo auricule
dextre pars enim illa valde
parum sensibilis est etc. Sed etc.

De causa prohibicionis co-
mixtionis animalium diuersi generis

Post hoc dicemus causas
prohibicionis commixtio-
nis animalium diuersi generis.
Prima ergo causa fuit ut or-
do ipse nature conmendaretur
populo dei tamquam ius naturale
eiusdem et statutum // Secunda causa
ut flagicium omne sodomiticum
declinaretur // Tercia causa ut
spurcissimis illis gentibus
que ante dei populum de terra
promissionis eiciende erant
dissimilaretur. sicut legitur in
xviii. leuitici et eiusdem xx. Quarta

causa ut modestia et ve-
recundia conmixcionis deo accepcior
ostenderetur // Quod eciam in ani-
malibus brutis ad limites et
normam nature eam esse re-
gulatam volebat // Quinta
ut nephanda opera et ma-
leficia que de fetibus con-
huiusmodi commixtione procreatis
fiebant declinarentur. Et hec
opera leguntur in libro qui
dicitur neminith siue nemi-
nith. Et alio nomine vocatur
leges platonis qui liber to-
tus est de commixtionibus
huiusmodi et vocatur leges pla-
tonis quia contra leges
nature est // Sexta causa
sugillacio culture siue ydo-
latrie veneris et priappi
huiusmodi enim commixtiones in
ampliacionem huiusmodi ydolatrie
faciebant homines predictorum
Septima causa ut aut quedam
erat ne homines huiusmodi
operibus contaminarentur eis in
intendendo se // Octaua quippe
diuersarum specierum rarissime
et vix se inuicem conue-
niunt nisi homo aliquid
ope uel operis adhibeat
ad appetitum huiusmodi conci-
tandum hoc ergo indignum
homine valdeque indecens
ipsum iudicauit iste et non
in merito videlicet quod homo
aliqua operacione sua appe-
titum huiusmodi concitaret
et commixtionem procura-
ret // Octaua causa quia

huiusmodi commixtio non fieri potest nisi in conspectu hominum unius aut plurium per quem aut quos procuraretur ut diximus capitulo precedenti aut est huiusmodi aspectus procuratorius cum est libidinis simul et nephariae commixtionis Et iste causae fuerunt prohibitionis commixtionis huiusmodi animalium in aliquo opere dicitur enim illa prohibitio non a ratibus in bove et asine que legitur Deut. 22 Dicto eciam quia istas commixtiones animalium diversorum generum in operibus suis faciebant iuxta coniunctiones planetarum et quasdam alias constellationes credentes ex hoc opera prosperari voluit ergo deus removere vanitatem credulitatis istius a cordibus eorum tamquam radicem ydolatrie ne per eam a creatore relicto ad stellarum fincia traherentur etc. Sequitur

De causa prohibicionis ne vir utatur veste feminea

Cause vero prohibitionis ne vir utatur veste feminea vel e contra mulier re fuerunt plurima scilicet cognicio ipsius ut videlicet ut quos natura sexus distinxit distinxerit et vestitus Secunda ut oportunitas auferretur turpitudini in lateribus posset enim intrare vir ad mulierem sub habitu muliebri et e contra mulier sub habitu viri Ablata igitur est per hanc distinctionem vestitus multa oportunitas flagitiis Tercia extimatio sacrorum martis et veneris In sacris enim martis non solum virili vestitu vestiebantur mulieres sed etiam armabantur ut in ipsis instrumentis bellicis idest armis ipsum tamquam deum belli et victorie datorem colerent Et co[n]tra generibus in libro maledicto quem scripsit de stationibus ad cultum veneris inter alia sacrilega et deo odibilia precepit ut qui nephandum illum ritum exercet tunicam femineam habeat in capite sic eodem modo in sacris veneris viri effeminabantur videlicet in vestibus muliebribus sacra veneris exercentes per huiusmodi sacrilegos ritus marti et veneri se placere credentes // Quarta causa ut occasio magna provocationis libidinis auferretur Magna enim est provocatio libidinis viris vestitus muliebris et e contra Et hoc est quod vestis muliebris viro denudata vehementer refert memoriam et commovet ymaginationem mulieris et e contra. Alibi autem didicisti quia ymaginatio rei desiderabilis commovet desiderium // Quinta causa ut auferretur occasio maleficiis quibus gentes ille refer-

tissime erant et eis in mitte
Conveniunt enim malefici et
malefice in vestibus ad
libidinis maleficia exercere
et hoc nos in libris eorum sepe
legimus. Ut ergo dicto huiusmodi
tolleretur, voluit deus hanc
confusionem vestitus esse in
viris et mulieribus. // Sexta
causa ut tolleretur error pe-
riculosus et superstitiosa cre-
dulitas qua trahi possent
ad ydolatriam quibus crede-
bant decepti applicatione
vestium mulierum maxime
in sacris veneris quando sibi
ac reconciliari amore for-
tissimo corda mulierum propter
quas hoc faciunt ut que
postea huiusmodi vestibus uterentur
virili et decepte mulieres
adipum credebant debitis
et vilibus vestimentis. // Vo-
luit ergo deus hunc superstitio-
sum errorem auferre de cor-
dibus eorum per ablationem abu-
sionis istius ne populum tandem
traherent ad cultum veneris.

De causa prohibitionis ne quis utatur veste lana linoque contexta sequitur

Usus vero vestis ex lana
linoque contexte prohibitus
fuit iuxta litteram quia
sacerdotes ydolorum et de egipto
maxime vestibus huiusmodi
utebantur. Causa igitur in hoc
fuit ne dei populus assimula-
retur ydolatris. Alia causa
fuit qualis ut ydolatria
que huiusmodi coniunctionibus contrahebatur
ex hoc prohiberetur. Tercia fuit ut
ordo nature quem ydolatre
multiplicari putabant servari
in vestibus vestiumque materiis
ut linum scilicet sub lana esset
et corpori humano propinquius
coniuncta ut vestibus et ma-
teriis ipsa quam natura inter eas
fecerat distinctio seu distinctio
servaretur ut linea sive cami-
sia vel camisia esset et tunica
vera tunica et ita de aliis.
Hec enim que diximus omnia
confundebat et commiscebat
ydolatrie in veneratione ma-
xime elementorum de qua ali-
quid loquitur in sequentibus
propterea scilicet quod de commixtione ele-
mentorum quibus serviebant
eorumque confusione omnia huiusmodi
generaverunt. // Volebat etiam
per hoc insinuari hoc est per
huiusmodi commixtiones et coniunctio-
nes agricolas et pastores
ad stellarum servicium obliga-
tos quia stellarum favore
et beneficentia putabant
fecunditatem et lane copiam
in animalibus et fertilitatem
in agris provenire. Propter hoc
ergo lana et linum simul
in vestibus coniungebant
ut ipso habitu hanc superstitionem
profiterentur. // Utrumque autem istorum
erat stellarum servicium videlicet
tam professio quam confessio
audita. Quemadmodum habitus
religionis declaratus est apud
nos dei servicium dedito etiam

quia huiusmodi contextiones lini et
lane in vestimentis facie-
bant tam observacione con-
iunctionis stellarum eorum sequuntur

Prohibicio ne vinea serere-
tur alio semine

Eisdem de causis pro-
hibuit deus in eodem
capitulo deutronomii ne vi-
nea sereretur alio semine
unum causam unam addidit
aliam videlicet ne semetis
quam sevisti et que nascun-
tur vinea pariter sanctificentur
hoc est ne primicie decime et
primicie eorum reddantur // Vo-
luit enim diversis temporibus
deus decimas eorum reddi
sicut et diversis temporibus
colliguntur // Utilitas autem
iuxta literam manifesta est
in hoc quia collectio semetis
non posset fieri absque detri-
mento vinee vel periculo
ridiculum autem est in hoc deum
voluisse consulere ipso suo
in quo nullo consilio indige-
bat Cuilibet autem manife-
stum est detrimentum huiusmodi
atque periculum Causa igitur
in hoc fuit ydolatria cereris
et bachi quorum cultores
sicut ritus et culturas
coniungebat atque coniungebat
sic et fructus quos de
beneficiencia eorum se obti-
nere credebant in eodem agro
coniungere conveniant Causa
autem in hoc erat quia in
eadem terra radices habent
vites et fruges et ex eadem
nascuntur et nutriuntur // Volebat
igitur cererem et bachum et cul-
tu et opibus sociare Atten-
de autem quia generaliter dictum
est levitici 19 Agrum ne
seres diverso semine Et item
veste que ex duobus contex-
ta est non induaris Et has propter
causas quas diximus Ista
autem repeticio insinuat nobis
legislatorem non parvam curam
atque periculum intellexisse in
commixtionibus huiusmodi Non enim
propter literalem intelligenciam
solummodo prohibiciones earum
repeciisset Ex quo satis intel-
ligitur propter ydolatriam cereris et
bachi vel stellarum eas tam
studiose prohibuisse // De so-
lempnitatibus autem festorum que
precepta sunt in lege celebra-
ri nobis aliquid scribere non
oportet cum in ipsa serie
textus expresse sint Sicut
festivitas paschalis in re-
memoratione liberationis ab
egipciaca servitute cum tota
sollempnitate sacrificii agni
paschalis et observatione
azimorum dierum festivitas sce-
nophegie hoc est thaber-
naculorum in rememoratione
habitationis filiorum israel qua
in thabernaculis habitaverunt
in deserto xl^ta annis instituta

est videlicet ne oblivione de-
leretur munifica illa et magni-
fica beneficencia dei de cordi-
bus filiorum israel quibus eos
in deserto ultra annis manna
pluit, parant vestimenta
eorum et calciamenta illesa
servavit aliaque magnalia
nunc sunt que ipsis in eorum
deserto exhibuit sed hanc
sollempnitate quasi septima
perpetuorum et memoriali fortis-
simo obtinerentur. Hec ergo pau-
ca de multis que dici possent
de hiis que absurda videbantur
in lege aperiunt tibi viam la-
tius tamen sunt causarum sin-
gulis eorum. Nunc vero dicere
sermonem universalem per quem
omnia que de hiis diximus
et clariora tibi fient et
certiora etc. Sequitur sermo
generalis de prohibitis in
lege et causis

Dicemus igitur imprimis
quia ex ipso textu
legis et prophetarum apparet
quia deus populum illum non
solum ab errore et impietate
ydolatrie ceterorumque viciorum
et dampnationibus mundare vo-
luit et adhuc convertere sibi esse
spirituali desponsare sibique ma-
trimoniali federe copulare
sicut expresse legitur in 2o
Osee. Iudicate matrem ve-
stram quia ipsa est non uxor
mea et ego non sum vir e-
ius. Et iterum in eodem eiusdem
Sponsabo te michi in sempi-
ternum. Sponsabo te michi
in iusticia et iudicio et in
misericordia et miseracionibus et spon-
sabo te michi in fide. Forni-
caciones vero et adulteria
contra istud matrimonium vo-
cat ydolatrie abhominaciones
in eodem et in primo eiusdem
Sed ysaie l° quis est hic
liber repudii matris vestre
quo dimisi eam. In lege
vero multotiens replicat
quod est fornicacio. Ubi vocat
se deum zelotem et emula-
torem, ut Exodi 20. Non ado-
rabis inquit ea neque coles
Ego sum dominus deus tuus
fortis zelotes. Zelus autem
proprie vehemens amor est
in propriam uxorem quo aliud
ad eam accedere non patitur
nec aliquod suspectum habe-
re cum illa hoc est nec ad
tactum nec colloquium nec
visum nec propinquum neque ap-
propinquacionem ullam que
occasionem dare posset adulte-
rio. Merito ergo ista duo
adiunxit deus in ipso exor-
dio legis sue videlicet
ydolatrie adulterium et ma-
rii zelum zelique magni-
tudinem ut uxorem detineret
ab adulteriis. Non sufficit
autem zelanti marito ut
uxor eius declinet adul-
terium nisi declinet et adul-
terii species et suspiciones
omnesque eiusdem occasiones. Et
propter hoc super addidit deus

in 33 Exodi / destrues aras
eorum et confringes statuas
eorum Si enim remanent re-
manet ipsa spes ydolatrie
videntur enim toti ydola ubi
aras et statuas haberet
Insuper are eorum et statue
occasionem dare posset populo
dei ut in ydolatriam reci-
deret propter hanc etiam causam
subiunxit ibidem Non inibis
fedus cum eis neque cum
diis eorum non habitent in terra
tua subaudi ydolatre
vel ydola ne forte te peccare
faciant in me Expresse
igitur dicit hic deus quia
de causa nec ydolatras
nec ydola permisit habitare
in terra filiorum israel scilicet ne
convictus eorum et colloquia
aut exempla populum dei
corrumperent et a castitate
huius spiritualis matrimonii
inclinarent impietatis adul-
terium inducerent propter hanc
eandem causam dixit eis deu-
teronomio 7. Non concupisces
argentum et aurum de quibus
facta sunt neque assumes
tibi quidquam ne offendas
vel Sub pretextu enim retine-
ndi huiusmodi aurum et argentum
posset quis servare statuam
preterea ipsum metallum quod
aliquando in ydolis adoratum
fuerat posset exhac cau-
sa videri aliam aliquid
adhuc habere numinis vel

sanctitatis amplius quam aliud
metallum // Has ergo occasiones
voluit removere deus ne esset
in lesionem castitatis quam zela-
bat in populo suo propter hanc eandem
causam occidi iussit maleficos
hoc est incantatores Incan-
tatio enim non est absque ydola-
tria Et si enim sint opera quedam
mirranda que naturaliter fiunt sicut
subita curatio sanarum et pe-
diculorum et multa huiusmodi non
tamen incantationes quedam
sunt neque dicuntur immo opera-
tiones naturales sunt et scientia
earum una de XI partibus scien-
tie naturalis in qua nichil adiuto-
rio demonum fit propter hanc
eandem causam prohibuit con-
siliarios observare sompnia
et auguria et ne inveniretur
in terra israel maleficus aut
incantator aut demones consulet
Omnia enim ista declinant et
deducunt in ydolatriam hac
eadem de causa precepit ut
vir in quo phitonicus spiritus
esset occideretur et etiam mulie-
re prediuatorum phitonitam
in circumvolvimus ydolatriam de-
clinarent Quem vero ydo-
latrie eorum zelo prohibuit
leuitis 19. Neque in rotundum
attondebitis comam nec
radetis barbam et super
mortuos non incidetis car-
nes vestras nec figuras
aliquas aut stigmata fa-
cietis vobis nec in coma
nec in barba voluit apparere

speciem ydolatrie Illa enim fa-
ciebant ydolatre sicut inuocatio-
nes super mortuos propter pla-
candum deum inferorum et
tunc erat ydolatria / vel
ut vehemencia doloris de
morte carorum suorum ostenderent
Quod autem adhuc multi faciunt
in morte carorum suorum ord
utique est de reliquiis fatiorum
et ydolatrie platonis Sig-
nata autem et figuras adhuc
cera et argenti faciunt et defe-
runt et votant eas brevia
et in ipsis corporibus et in
cartis et metallis aliis vel
metallis Que omnia autem
ydolatria vera sunt vel species
ydolatrie aut ipsius religionis
detestande et christiane reli-
gioni adverse // De hiis autem
omnibus loquemur in sequen-
tibus scilicet in declaratione ydo-
latrie et eiusdem destructione
Hic ergo est sermo universalis
quem premittendum diximus
est radix omnis et causa de-
claratur tibi propter quod unum
quodque talium prohibitum est
scilicet zelus et emulacio dei
Omnia enim huiusmodi que ab-
surda videntur in lege aut
vera adulteria sunt contra
matrimonium spirituale quod diximus
aut species aut similitudines
adulteriorum aut suspitiones
aut occasiones aut reliquie
eorum zelotipi aut et emula-
toris mariti non est dubium
quin sint omnia huiusmodi vxori

mediante et ab ea auctore
urgente scilicet zelo sive emu-
latione quam habet vir vxoris
Apparet igitur quia zelus dei
causa est propter quam prohibi-
ta sunt hec omnia Causa in-
urgentissima hac igitur de
causa scilicet zelo et emulatione
qua zelabat huiusmodi vxore
sic debat prohibere hec / sicut
debat esse zelotes seu emu-
lator Et sic decebat eum
esse zelotem et emulatorem
Iam igitur dedimus tibi causam
universalem propter quam et
debitum et decens fuit
ut talia prohiberentur Ita ut
cum interrogatus fuis quid
fecit ut prohiberentur hec omnia
Confidenter iudicare possis
quia zelus dei creatoris
hec fecit quod nichil ad
adulterium pertinens in sponsa
sua voluit sustinere Et
cum inspexis diligenter
textum legis per singula
fiet tibi magis clarum quod
diximus venit autem addemus
tibi declarationes alias et
rationes in dispositione // dicemus
ergo quia populus adeo pronus
adeo et facilis ad ydolatriam
quo malo scilicet malo ydola-
trie nullum erat eis per-
niciosius nullum ut ita di-
camus familiaris Ipse non
nulli magis subditus aut
magis obnoxius quilibet
erat pro tanta infinitate

tantaque recidiuandi prauitate
Et ipsum igitur tantum malum
omnis que sequela eius pre-
scidendum fuit et omnis eius
occasio. Omnia autem que nomi-
nauimus aut ipsum malum erant
aut eius occasiones. Criminalia
omnia ista interdicenda erant
populo illi. // Amplius cum in
in dei preceptis nichil absurdum
nichil inutile esse possibile
est. Multa autem de preceptis
et prohibicionibus absurda et
inutilia essent in lege iuxta
literam nisi propter causas tan-
tas precepta vel prohibita
essent. Iuxta literam vero huius
modi precepta vel prohibita
sunt. Quod si iuxta literam
verisimiliores causas inue-
niri non possunt quam iste
quas nominauimus que dubi-
tari non possunt iustissime
fuisse ac racionabilissime. Cre-
dendum igitur est nobis in parte
ista. // Amplius cum in isto
tempore quo erupuerunt fontes
celestis abyssi sicut legitur
psalmo x. Et repleta est terra
sciencia domini sicut aque mare
operientes. Ut legitur Ysaie
xi. Cum inquam isto tempore
quo dei populus eruditus est
similes precepciones et prohi-
biciones apud nos propter
similes causas iuste ac
racionabiliter fiant quanto forcius

nouicio illi populo et infamie
ydolatrie in medio posito adhuc
hic proximo ut potest non conue-
nire talia et consimilibus causis
2 iniungenda erant ubique. Si
quis vellet apud nos die sab-
bati cessare a similibus operibus
eciam ut vacaret orationi non su-
stineret hoc ecclesia et hoc propter speciem
iudaismi et si consuetudinarius
esset in hoc deus meus vindi-
caret. Quid ergo mirum si ob
speciem ydolatrie tunc prohibe-
batur in populo illo quando species
iudaismi ita dampnatur apud
nos. Eodem modo si quis die
veneris sive sollempnem velut
atque festiuum coleret ab ecclesia
et prohiberetur omnis quacumque
intencione istud faceret propter
speciem sarracenice supersticio-
nis. Iuxta hunc modum
inuenies multas alias pre-
cepciones et prohibiciones
consimilibus causis et similibus
fuisse esse multo forcius
igitur faciende fuerunt huiusmodi
prohibiciones et precepciones
nondum extincta in populo isto
Vnus adhuc furente ydola-
trie vesania et apud nos
eciam auguria, veneficia et
incantaciones omnesque huiusmodi
maleficium eisdem de causis
prohibita sunt // Videas eciam
quia si quis vellet singulis

diebus lauare genitalia
sua et in hoc esset consuetu-
dinarie contrarietas quinque et de-
sisteret compelleretur // Similiter
si quis vellet adorare ad
aquilonem hodie vel ad occide-
tem superstitiosius habetur ne
nec sustinetur a becclesia Eodem modo
si quis vellet ante arborem
flectere genua et adorare
etiam consuetudinarie sus-
pectum habetur et esset ecclesia propter
antiquam ydolatriam que sub
arboribus et ante arbores
solebat exerceri Cum illo igitur
populo in ydolatria in multo
et ab ydolatris circumquaque
circumdato multe erant su-
specte et vicine ydolatrie
obseruaciones quas autem ou-
demus in sequentibus imitatam
de ydolatria quia obseruacio-
nes somniorum auguriorum
constellacionum sternutacionum
obuiacionum dierum et horarum
Item figurarum stigmatum
caracterum ymaginum et im-
pressionum atque scrutarum non
solum vicine ydolatrie sunt
sed etiam vera ydolatria
eum radicitus et intime
fuerunt permutata // liceat
autem ex hiis tibi clarum sit et
notum quia iuxta literam in-
telligenda sunt ea que ab-
surda videbantur esse de lege
et quia causas habent iustas
ac rationabiles sue preceptionis
et sue prohibicionis Et quia

tempus illud et populi ruditas
et incendiis ydolatrie proxi-
mitas ac vicinitas precep-
ta et prohibiciones huiusmodi
requirebant Vidence etiam
tibi quia magna pars eorum
etiam apud nos constant sicut
prohibiciones obseruacionum sup-
sticiosarum quas proxime enume-
ravimus Et quia eorum similes
preceptiones et prohibiciones
sunt apud nos propter specialiter iuda-
ismi et sarracenismi aliarumque
superstitionum suspiciones
Et propter hoc multo ex similibus
causis similes preceptiones
et prohibiciones nonnullo illi
populo et ydolatrie in multo
et circumquaque obsesso multo
forcius faciende fuerunt Nunc
vero dicemus quia si homi-
nes habeant literalem sensum
sue intelligenciam multa
inconveniencia multa que ab-
surda sequentur // Hoc signa
est quia ipse legislator bar-
barus fuisset et ipse lex
barbara eciam ad hoc cum
non intelligeretur a populo dei
secundum autem stultis senciri
sit de propheta sapientissimo
et legislatore quia ea lo-
cuta fuisse populo et fieri
mandasse que populus non
intelligeret secundum autem aliud
erat hoc quam populo illudere
ipsum que irridere // Amplius
cum dux et rector populo illi
datus fuit qualiter imple-
bat doctoris officium cum

ipsam legem ad populum ferebat
tum quod docere debebat eis non
exponeret et edissereret. Quid
aliud erat hoc facere quam populum
in errorem inducere proponere
namque mandatorum literam litera
lem intelligentiam non habentem
et hoc ipsum populo non exponere
nichil aliud est quam populum
in literalem intelligentiam ubi ipsa
omnis non est inducere vel rudem
populum et omnis indoctum ad divinam
intencionem literali velatione
absconditam et obumbratam
cogere // Ut quid enim vir tam
sapiens tamque fidelis populo
quem docendum susceperat
intelligibiliter loqui volebat
Simul igitur et fraudem doctrine
facere videbatur dum eam
abscondebat et simulatio erat
doctrine continuum ad huiusmodi
non doctrine veritas quam erga
populum faciebat propterea inhabi
liter abutebatur sermone seu lo
quela huiusmodi. Sermo quidem
cum inceptus et sermo autem eius
continuum ad hoc non inceptus erat
animi sui sed magis abscon
ditor et celator // Amplius
Tot et tanti doctores legis
presserunt in populo illo et
in isto errore populum reliquerunt
nichil omnino super hoc loquen
tes et de alio intellectu quam
de literali populum omnino non admo
nentes // Amplius Ipsi prophete
absque ulla dubitatione si alia

intelligencia quam literalis
erat in hiis tum ad corrigendum
populum missi fuerunt adeo quod
ab isto errore inter alios illum
non correxerunt aut de eo men
tionem aliquam non fecerunt. Cre
di quis dixit quia talibus
preceptis et prohibicionibus
non loquebatur lex populo illi
sed populo novo videlicet christiano cuius
talem spiritualis intelligencia
servabatur contra dicit expresse
apostolus in 3° ad Romanos Scimus
quia quecumque lex loquitur
hiis qui in lege sunt loquitur
Amplius omne veritas erat ut
nobis lex sub spirituali intelli
gencia loqueretur cum non dum
essemus postquam autem edifica
ta est ecclesia christiana non fuit
necesse ut lex in umbra illa
figurarum nobis loqueretur
cum ipsa eius veritas ad
nos nuda et aperta venisset
Modis igitur omnibus necesse est
talia literalem intelligentiam
habuisse. Improbabile namque est
valde cum totus populus in
deorum scola totius legis
iam tot milibus annorum
fuit totusque in eadem anna
ximus usque adminimum fuit
atque studuit errore istum
non reprehendisse et tam diu
velud hereditarium tenuisse
et ad posteros transmisse
// Si quis autem querat quod
hodie nec ipsi hebrei ista
noverint que diximus et

prefixus de hiis maioribus absconditati
bus. Videmus quia tempore
sue prescriptionis et prohibicionis
notissima erant sapientibus
rudibus autem et indoctis
facillime cognoscibilia propter
notitiam ydolatrie et supersti
ciosarum consuetudinum gentis
egiptie et aliarum gencium
que eidem populo vicine erant
perierunt autem ab hebreis ista
scientia tum longitudine dierum
tum afflictione et dispersione
eorum tum etiam negligentia
studendi in lege quam ne
gligentiam partim avaricia
cui admodum dediti sunt
partim amor aliene patrie in
duxit // Et quia iam defen
dimus et declaravimus litteralem in
telligentiam legis in hiis in
quibus absurda penitus et
in lateribus possibilis vide
batur. patefacimus post hec
quia non solum litteralem intel
ligentiam habet lex sed etiam
spiritualem illamque multiplicem adeo
ut omnis intellectus illuminatus
et edificatus evadat qui conca
licet potest in ea nec mirum sit et
primum ostendimus hoc eminus
legis et prophetarum testimoniis
legitur si quis devoto // Et hec
est vestra sapientia et intellectus
coram omnibus populis ut au
dientes universi precepta hec
dicant En populus sapiens
et intelligens Quis enim
propter litteralem intelligentiam
solam legis sapientem et

intelligentem censeat populum
illum presertim cum etiam primi
hebreos illam doceant a pa
tribus suis et hoc commen
dato dei preterea si nichil haberet
apud eam locum scrutatio
Quid ergo esset dicere Beati
qui scrutantur testimonia
eius Et iterum scrutabor le
gem tuam Scruta enim in
animalibus intestina que interiora
sunt // Amplius Si non ha
beret nisi exteriorem istum sensum
lex quare david orasset
ad deum Revela oculos me
os et considerabo mirabi
lia de lege tua Cuius enim
oculi adeo velati sunt ut
ista exteriora legis videre
non valeat que ut diximus
etiam parvulis ostendimus // Am
plius Que sunt ista mira
bilia de quibus dicebat
Considerabo mirabilia de
lege tua Quid enim admira
cionis habet carnificina
sacrificiorum in festis legis
et in sensibilibus ceremoniis com
paracionum // Amplius Que
data indicia testimonia
totaque fabrica thabernaculi
totaque supellex eiusdem
quid inquam habent admira
cionis hec omnia potius
Quid philosophice subti
litatis Quid sapientialis
profunditatis Unquam propter
hoc consideranda potius

Sic propheticus spiritus david qui
super senes se intellexisse
gloriabatur petebat revelari
oculos suos // Amplius ex-
intellectum petebat sibi dari
cum dicebat / da michi in-
tellectum ut discam mandata
tua naturalem enim intel-
lectum habebat qui utique suffi-
cientissimus et ad omnem litera-
lem legis intelligentiam
Sublimiorem igitur intellectum
petebat ergo et propter sub-
limiorem intelligentiam
sicut igitur mandata legis
sublimiorem intelligenciam
quam literalem // Amplius
Qualiter beatum dicit david
virum qui in lege illa
meditatur die ac nocte cum
meditacio ceterorum de hiis
quorum ad maiorem sui partem
esca onerosa et tediosa
videtur Quod autem multiplex
sit lex non multitudine ma-
datorum quia hoc ridiculosum esset
dicere de ipsa lege Job xj
Utinam deus loqueretur tecum
et aperiret labia tua ut osten-
deret tibi secreta sapiencie et quod
multiplex sit lex eius quod est
multiplex sit multitudine ma-
datorum exponere non indiget
Similiter de hec de scriba eius
multiplices leges in eas
sit autem ad eundem dictamus ma-
nifestum est quia liber legis

totius ut etiam libros prophetarum
apprehendat toti populo hebreorum
datus est ut in eo totus erudi-
retur et doceretur Inhabentes
autem est et omnino superbatum
rudibus et iam doctis ad
lectionem proponere Quis enim magister
hoc faciat in scola sua ut
non unicuique discipulorum suorum
preceptum suo sine capacitate
lectionem proponat Cunctorum magister
ergo omnium eruditor deus
in scola sua in qua tantus
populus erudiendus et docendus
erat unicuique de populo prout
capacitati eius congruebat
lectionem proposuit Ergo et ru-
dibus initialia et provectis
ulteriora et doctis sublimiora
proposuit Et item quia veteres
qui docti erant diversis gradibus
inhabebantur / ita ut alii essent
eminentes alii eminencio-
res Et in hiis etiam multa varie-
tas necessario provisum est omnibus
in scola dei degentibus
unicuique doctrina vero autem
provisum est eis sic plenitudinem
lectionem / provisum igitur est eis
competentem varietate ac multi-
tudine lectionum Vero autem et
eis provisum nisi in uno libro
qui solus in scola dei lege-
batur In illo igitur libro con-
cepit deus tantam varietatem
ac multitudinem lectionum quanta
requirebat varietas et mul-
titudo lectorum // Amplius
cum doctrina cibus et intellectus

et doctor dapifer est unctus
huiusmodi cibum Scola ce-
naculum liber mensa [illegible]
aut refertissima dei nec-
esse est esse ferculorum mense congru-
enciam et quibus cum
diuine largitati cuiusque diui-
tis magister indecens est
magis quam repugnantis quam
mensa eius diminucionem
uel defectum pati aut in habunda-
cia ferculorum aut in varietate
aut in multitudine huiusmodi fercu-
lorum / Fercula aut intellectus
quibus reficitur mens humana
per doctrinam intelligencie
sunt et exposiciones eloquiorum
Tanta igitur est in dei eloquiis
varietas ac multitudo intel-
lectuum et exposicionum quanta
requirit varietas ac multitudo
reficiendorum et docendorum //
Quare quidquid inde mor-
dere sive comprehendere potest qui-
cumque comminantium totum illi ap-
positum est Id aut est inde
mordere et comprehendere aliquid
quod est inde eligere // Oportunum
igitur est quod intendebam
quia omnis intellectus illumina-
tiuus et edificatiuus cuiusdam
qui colligere eligi potest in eadem
est / Habet aut plenitudo et va-
rietas ferculorum melius inno-
tescet tibi masticando id est
disputando et concedendo id est
intelligendo quam enarran-
do Ita ut ve cognoscas
sapiencie celestis artificio congesta

esse in hunc volumine facere scrip-
ture ea eloquia que huma-
ne mentis refectiones in-
numerabiles contineant Sicut
legitur prouerbiorum 17 Multi cibi in
noualibus patrum Et ubi-
que et proprie ac diligenter
exponuntur propter sensus qui in-
eliciuntur apte videas dicta
esse Apparet etiam tibi ipsa
scriptura velud minera ex
venas habens omnium metal-
lorum et lapidum // Unde et
ferrum trahitur ad conterendum
dura corda adeo fabrican-
da in vasa utilia in vasa
belli in lanceas seu gladios
et sagittas // Deinde aurum
nobilis et preciose sapiencie ad
ditanda eadem corda et ex-
ornanda // Deinde argentum
preclare sonatissime et coruscan-
ti eloquencie / Deinde gem-
me vibrantes ac choruscan-
tes virtutum nobilium Istos
aut thezauros mea inve-
niunt qui eos mea querunt
Sicut legitur prouerbiorum 2o Si que-
sieris eam quasi pecuniam
et quasi thezauros effoderis
illam qui mea ut operarii
minerales laborant querendo
seu et effodiendo mea preciosas
innatas divicias // Vacuos
aut et inanes relinquit
eos qui volunt videri eius
operarii et tamen mea operari
recusant propter hoc dicitur
Sapiencie vii Infinitus est

in ea thezauros omnibus vide
bis etiam eam esse velud
ortum deliciarum in miram
varietate arborum foliorum et
et fructuum suavissimas
refectiones prestantem Invenies
eam indubitanter cellam
vinariam ad iocundandum
et inebriandum bibentes
Cellam pigmentariam ad con
fortandos meditandos et
delicandos comedentes
Cellam unguentariam ad de
corandos aromatizandos me
dicandos sanctificandos et ex
altandos in reges et sacerdo
tes eius unguentis uti volen
tes Deinde scrutarium diversos
complures sanctarum rerum sacra
tissimas custodiens et eas
dignis et mundis solum
largiter exponens etc. Secundum

Quod in sacra scriptura sunt quatuor significationes non litterales recta

Quedam vero non nullos
offendunt et quamvis
scandalizant sacre scrip
ture huiusmodi expositiones sed
et potius abusive impositio
nes eis videntur quam expo
siciones quedam earum ut super
hoc eis satisfaciamus pauca
laborabimus Sciendum igitur quod
significationes non litterales
quatuor modis sunt Primum
facto ipso vel tamen res ipse ad
hoc facte sunt ut significent
sicut factum illud ysaie Ivit
nudus et discalciatus
Et factum Ezechielis quo fecit
sibi vasa transmigrationis etc.
que utique ad hoc facta sunt
ut significarent In hiis igitur
manifestum est quia alia
significatio quam litteralis que
renda est in eis propter hoc dicit
ysaie in 8o Ecce ego et pueri
quos dedit michi dominus in
signum et portentum etc. Et dicitur
2 Ezechiel 12o Signum est
domui israel Et item Ego
Ezechiel portentum vestrum
Et hoc apparet in eodem capitulo
per totum quia quidquid factum
est in Ezechiele significabat
mala que ventura erant
domui israel // Secunda signi
ficatio est dicti quando videlicet
aliquid dicitur ad significandum
expresse sicut illud Ezechie
la Aquila grandis magnarum
alarum etc. Et propter hoc vocabatur
ibidem enigma et parabola Et
iste due significationes neminem
offendunt Cum enim exprimuntur
in scriptura de facto quocumque quod
ipsum fiat vel factum sit ad sig
nificandum et de facto simili-
quod ad hoc dicatur vel dictum
sit ut significet aliud quam
litteralis sensus habeat nemo
offenditur si aliud in hiis
quam litteralis sensus habeat
requiratur // Tercius modus
est per consequentiam sive ad
modum dicimus quod ubi

corporalis et exterior ydolatria
prohibita est intelligitur secundum
consequenciam prohibita spiritualis
Et iste intellectus similiter neminem
offendit Cum enim dominus
quia ubi deus prohibuit
adorari ydolum aureum quod
utique similitudine aliqua
habet Dicentes et adiungere
valentis insinuauit et in-
telligi dedit se nolle quod
aurum modo hoc est absque
forma ydoli adoraretur
Et propter hoc prohibitio avaricie
secundum consequenciam in illa prohi-
bitione intelligitur est enim
avaricia ydolorum servitus sicut
legitur in v ad ephe. Similiter
et ubi prohibuit falsum testimo-
nium dici contra proximum in ista
modica pecunia prohibuit
per consequens et mendacia fa-
me cum fama preciosior sit
omni pecunia Eodem modo ubi
prohibuit ne os ligaret bovi
trituranti prohibuit per consequens
ut operariis non fraudaretur
cibus suo Si enim hanc equita-
tem voluit servari in bobus
ut collaborantes eis comme-
derent / multo fortius in ho-
minibus Sunt ergo modum
significationis quilibet intellectus
recipit // Quarta significatio
est per similitudine que
non ad hoc facte sunt ut signi-
ficent Et hec est que multos

offendit Et propter hoc quia
abusum eis videtur res in
signa trahere que non ad signifi-
candum facte sunt Quale est
illud Jere 18 Numquid quod
facit figulus iste non potero
vobis facere domus israel
ait dominus dissipatio enim
vasis quod prius fiebat
et formatio vasis alterius
non ad hoc facte sunt ut signi-
ficarent Et tamen eis ad signi-
ficandum usus est dominus neque
offenderetur quis audiens
huiusmodi expositiones seu interpreta-
tiones si diceret ei sic modo
Quemadmodum ibi dixit
domine Numquid non sic vobis
facere potero ubi designatio
nichil loquitur est sed de simili-
tudine tamen quemadmodum
2 Jere 4 non dixit quidquam
de significatione sed simili-
tudinem et modum tantum
exprimit dicens Quomodo si mulier
contempnat amatorem suum
sic contempsit me domus
israel etc Non dixit quia
contemptus huiusmodi mulieris
significaret contemptum filiorum
israel Nec dixit quod amator
huiusmodi significaret ipsum neque
dixit quod dissipatio aut re-
formatio vasis prophetia est
ut parabola eius quod ipse opera-
turus esset in populo israel vel
quod figulus esset figura
ipsius Sed exprimit modum

seu similitudine nota inter opus figuli et opus simi et inter sensum mulieris contempnentis amatorem suum et sensum prophete ipsius Hoc modo si loquerentur sancti expositores et doctores in allegoriis et tropologiis suis et etiam anagogicis interpretationibus et scripture satisfacerent et audiencium sive legencium intellectus non offenderent Sed quia dicit tale quid significat hec quod est figura seu prophetia aut parabola talis rei eius alterius propter alterum significandum nec sensum nec deum videatur offendunt graviter audientes quemadmodum se habet in facto david et urie quod legitur in xi 2 Regum Ubi dicitur quia david qui utique proditor erat in facto illo et adulter atque homicida significat christum Urias autem vir suus et fidelis dyabolum et item de adulterina illa copula david et bersabee prodicione et homicidio execrabilis significat sanctissimum matrimonium et immaculatissimam copulam christi et ecclesie degentibus auribus multorum multam indignacionem ingerit fidei que sanctorum expositorum

aut penitus in eis abrogat aut multum ledunt Secundo quia istud non est sensum ad significandum nec verisimile est multis quod propheta sic etiam sit scripturum Si autem ita dicerent Secundo rex david bersabee adamavit et pro amore ipsius mortem viri procuravit quo illam regali connubio honoravit et regali solio exaltavit Sic rex celorum christus dominus synagogam adamavit et procurata morte ingratus seu participatis cuius tamen velud marito suberat eam connubio suo spirituali honoravit et celestis regni solio sublimavit Si inquam dicerent tamen aut similitudine aut similitudinem decenter ac diligenter prosequentes exponerent absque offensione ulla audiencium hoc fieret Eodem modo de ecclesia et gentibus quod procurata morte dyaboli scilicet spirituali cui velud marito suberat Unde et vocabat ipsum baalym quod interpretatur vir meus quod sic et sic ei fecit non solum pacifice sed gratanter etiam audirentur Verbum ergo significandi est quod nimpte ista graviter offendit auditores atque lectores quamquam

Verum sit quod cum duorum
similium quorum alterum est intellec
tui nro propinquius nobisque
notius signum naturale est magis no
ti atque ab intellectu nro remo
tioris. Signum in quantum naturale
est illius et velud liber in quo
legitur et quasi una docente
altero ad alterum declarandum utimur
Hoc ergo modo sacri doctores
et expositores sane et absque
offendiculo ullo dici possunt
quia secundum illud de bersabee
secundum significant ecclesie de gen
tibus significant in quantum
propria similitudine tamquam
naturali designatione licet ante
spiritu sancto et scriptoribus eius
notioribus similitudinibus uti
ad minus nota significanda
et declaranda // Secundo propter rerum
multam dissimilitudinem et in ma
gis distancia ubi magis vio
lenta est significationis impo
sicio quam rerum significatarum
expositio et in hoc errant
imperiti multi cum nesciunt qua
liter tractandum sit verbum dei
Sed ingenium suum ut ait Jeronimus
facere volunt ecclesie sacramentum
Et propter hoc dixit super Abacuk
Tropologia libera est et his
tantum legibus circumscripta ut
pietatem sequatur intelligencie
sermonis et contextum. Verum in rei
bus multum inter se contrariis
molesta sit copia laudis // Tercium
est ignorancia explicandi
prosequendique similitudines

Quo quo defectu accidit et id
ut non credatur expositionibus
maxime ubi ex similitudine
potissimum significant // Ces
sante namque in hiis rerum simili
tudine cessat et significacio
apud audientes Tertium est
ignorancia eius videlicet quod
solum in negocio significat
sicut accidit in sompniis que
exposuit Joseph in Genesis xl
et xli Genesis Tres enim propagines
et tria canistra panum pro
prium tamen significant tres
dies de quibus ibi agitur
Et solus numerus communitum
ad dies illos significat Erra
ret enim intollerabiliter qui cani
stra vel propagines in signi
ficationem dierum detorquere
vellet propter hoc dicitur est ex
sacra scriptura est in qua
non omnia sonant / Dicimus at
tibi super hoc sermones domini
cales duos primum est tan
ta est continencia seu co
tentus sacrorum eloquiorum
cum hiis et in hiis expositi
onibus ut nullomodo di
deri possint sine divine
sapiencie artificio indiviso
volumine collata // Secundum principaliter
enim exponens salutarem
doctrinam resonat et in
cis ad mirabiliter sibi consonat
quibus utitur ecclesia secun
dum quod igitur tamen secundum est ut ita
ordinaretur ut ita sibi in
vicem consequens et consona

esset in tanta varietate ex-
posicionum sacra scriptura
ut absque ulla discrepancia
in unam concordiam sacre
doctrine concordarent omnes
eiusdem libri omnesque librorum
partes ut unam veritatem
katholicam ac salutarem
concorditer resonaret univer-
salitas eius in rebus omnibus
signum est providencie etart
Secundum est quia quemadmodum
ex dei bonitate scimus et
absque ulla dubitacione cre-
dendum ut omnia scripta sua
fecit propter omnem bonum usum
et utilitate qui ex eis qua-
cunque industria elici possunt
sic omnia dicta sua sine elo
quia propter omnem boni usum
et utilitate qui ex eis qua-
cunque industria elici possunt
et dicta voluit esse et scripta
Quare propter omnem illuminatorem
intellectus humani ac propter
omnem edificacionem cetere sue
qui inde elici possunt ea voluit
esse et dicta et scripta propter
omnem igitur intellectum ad eru-
dicionem nostram salutarem perti-
nente qui inde elici potest
voluit ea dicta esse et scrip-
ta attende igitur diligenter
istas duas radices et vide-
bis audenter non humano spiritu
non fortuito casu sacra scrip-
turam editam esse et scriptam
sed ordinatam secundum sapiencie
celestis artificio admirando
videbis etiam ad magisterium
divine pietatis pertinere quod omnes
libri eiusdem propter omnem eru-
dicionem et edificacionem que
inde elici potest scripti sunt alio-
qui rescriptor esset intencio
eius in parte ista quam eius
largitas paciatur etc. Sequitur

De destructione erroris Machometi

De destructione erroris Machometi etc.

Postquam autem auxilio
dei ordinem intellige-
ntiam legis hebreorum
in his in quibus videbatur ab-
surda nimis convenienter sapie-
ntiam tanti prophete ut decuit sapiencie dei
et declaravimus causas precep-
tionis huiusmodi et racionibus
et exemplis atque similitudi-
nibus Et quia similis neces-
sitas induxit etiam dei ut
apud eam pro huiusmodi prohibicionum
et preceptionum perpetuo staret
sicut prohibicio stigmatum
et karacterum seu figurarum dir-
angulos et omnium divinacionum
et omnium observacionum que quolibet
modo vergunt in ydolatriam
Et patefacimus insuper quia
preter intelligenciam litteralem
in eadem lege est omnis intel-
lectus ad salutarem erudicionem
pertinens qui exinde elici potest
non qui per quantamque violenciam
litteraeque repugnanciam eidem
abusive imponi potest huiusmodi
enim intorsiones scripture non
expositiones eiusdem sunt

sed abusiue imposiciones Et
quia diuine bonitatis intencio
fuit de scriptura sacra ut omnis
intellectus salutaris erudicionis
qui eam concernunt ut diximus
elici posset in ea intelligitur
Et quia omnem huiusmodi intellectum
ipse inspexit in ea Quemadmodum
omnem creaturam suam intendit
omne bonum quod circa sine peccato
provenire potest utentibus et
propter omne illud bonum creavit
eam dicit et propter omnem huiusmodi
intellectum sacram scripturam inspiravit
aut edidit postquam inquam
de hiis omnibus prout de diuine
largitatis dignacione accepimus
expediti sumus Accedamus nunc
promissum ad destruccionem delira
mentorum et infamiarum macho
meti que nomine legis intolle
rabili abusione usurpauit
Hanc autem abusione induxit per
ipsum et insipienciam multitudo
que ipsum ut propheta et men
dacissima figmenta eius ut
legem suscepit // Sciendum igitur

De genere Machometi et eius origine

in primis hunc fuisse de genere
abrahe per ysmahelem qui in
stitutor gentis arabum se ma
gnificandam accepit. Juxta pro
missionem dei dicentis Genesis
21 Filium ancille faciam in
gentem magnam quia semen
tuum est Et iterum in eodem capitulo
Surge et tolle puerum et te
ne manum eius quia in gentem
magnam faciam eum Et iterum
capitulo 17 ad abraham Ecce
benedicam ei et augebo et mul
tiplicabo eum valde xii du
ces generabit et faciam illum
crescere in gentem magnam Que
promissiones implete ex parte
videri possunt Exemplo quod legitur
a 2 8 Judicum de bello gedeo
nis contra madianitas ubi
cum ille exercitus madianitarum
de gente ysmahelis fuit secundum
narracionem methodij Ante
tempora vero karoli magni adeo
multiplicata est gens ysma
helitarum adeo quod dilatatum
regnum eius ut et totam hys
paniam superiorem totamque
provinciam totamque aquitaniam
et Franciam usque ad biturricam et
andegauensem diocesim occuparet
donec misertus deus per prefatum
principem usque ad fines reg
norum hyspanie que christiani
tas nunc eo auctore obtinet
bellis mirabilibus et triumphis
nobilibus eos expugnans
diffugauit Nouissimis
vero diebus dixit prenotatus
iterum filios ysmahelis exi
turos de deserto tantaque
multitudine ac fortitudine
futuros ut toti mundo do
minentur et ipsum regnum danorum
occupent propter quod dannum
peccatis facientibus dura
seruitute opprimat et affli
gant aliquod annis donec
imperator deus propter suum
respiciens visitet et per re
gem danorum tunc futurum
de tanta eripiat seruitute

Sergius monachus seductor machometi

subiciens vastabit filios ysma-
helis xpianis ipsi seruituti Et
hec erit similiter ac nouissima
gentis illius exaltacio et
altitudo Tantam enim seruitute
premetur et affligetur a populo
dei quod deinceps non addiciet
ut resurgat iuxta sepe no-
minati martiris narracionem
Incepit autem pestis huius
videlicet tamque perniciose secte
temporibus eraclii imperatoris
vacillante tunc romano im-
perio et ad occasum vergente
barbaris nacionibus illud un-
dique multiplici rebellacione
concucientibus regnis quoque
iugum eius abicientibus et
se erigentibus contra illud
a quo tempore usque hodie ut
lacerari desijt nec discipli
ne autem opinentur ipsum fuisse
machometum philosophum qui vocatur
alba regum huius enim librum
de astrologia plato tiburtinus
de arabico eloquio transtulit
in latinum quem libri illius nobi-
litas philosophica atque profunditas
solum nomine machometi ipsum
habuisse quem cum homine illo
nec dictam rusticano sed ut
aut quidam verissime vatici-
no atque porcino comprobat enim
dent scribit cum ut tantus
philosophus ita deciperet itaque penitus
aliter sentiret Creditur autem
a nonnullis quod iste machome-
tus fuit a sergio monacho
nestorii heretici discipulo
seductus et in heresim illam in-
ductus qua contra diuinitatem
domini nostri ihesu xpisti blasphematur
Naturam enim diuinam in xpisto deo. deo
et in deo patre eternam quatenus
aperte et sepe negans in lege
sua Iste autem sergius postquam
dampnati fuerunt eutices et
nestorius magister eius in synodo
constantinopolitano pro eo
scilicet quod duplicem naturam in xpisto
diuinam scilicet et humanam esse ne-
gabant transtulit se in ara-
biam ciuitatem que dicitur
mecha ubi vitam heremiticam
simulans tante religiositatis
ac sanctitatis apparuit adeo ut
machometus eum habere docto-
rem voluit et illum gabrielem
archangelum mentiens voca-
uit abscondens et reuelacionem
non audens quod insanias quas
hominibus deceptis tradebat
ab homine didicisset // has ergo
promissiones tenens gens
ysmahelitarum ex tradicione
ysmahelis sperant eas sibi
in aliquo gentis sue adim-
plendas esse sicut ad nostram
gentem hebreorum promissiones
factas abrahe ysaac et Jacob
Methodius autem martir in libello
reuelacionum suarum que facta
est ei in carcere oranti a domino
nimium ut reuelaret ei de pri-
mis ac nouissimis mundi temporibus
ea que scripta non erant in ca-
none scripture dicit istas

Methodius martir

promissiones factas abrahe pro
ysmahel impletas esse in
machometo quia et mahumeth
et blasphemus et narradastes
vocatus est Gens enim ysma-
helitas et regum gens ara-
bum est et gens sarracenorum
falso sibi usurpant a sara
tamquam filii sare pro ysmahe-
lem cum nichil cognationis
sed solum adoptionem ad sarram
habeant dicit legitur Genesis
16 Alii autem dicunt eos voca-
tos sarracenos a sarra civi-
tate in qua primum vel maxime
gens illa vel crevit vel dita-
ta est Dei autem agareni sunt
quia ex agar pro ysmahele
descenderunt Hic ergo legis
abrahe latorem se dixit et
ipsum abraham sarracenum
fuisse evidenter asserit in lege
sua Cum autem studiose predi-
caverit unum deum ac solum
deum esse et ydolatriam
indeos in gladio potenter ac
severe extinxerit sodo-
miticam spurciciam interdixit
et alia quedam honesta sta-
tuit et quedam inhonesta
prohibuit multi de sapientibus
gentis sue credunt eum ad
hunc diem dei ac fidelem fuisse
prophetam et que iniqua videntur
in lege eius genti illi magis
permisisse pro desipientia et in-
ductate sua quam induxisse
absurda et ridiculosa que

plurima in lege eius inveni-
untur nec dixisse vel scripsisse
nec sensisse sed magis ab
inimicis veritatis postmodum inserta
fuisse postmodum vero aut impericia
aut negligentia discipulorum
discordia quoque et contradictione
eorum aut mutata esse aut
aliter corrupta et de ista
contradictione aut discordia in-
ter leges in libello disputa-
tionis cuiusdam bam et cuius-
dam sarraceni qui tacitis
nominibus suis de legibus
suis disputat utroque legem
suam defendente et legem
alterius impugnante Omnino
enim improbabile est et procul
a veritate videtur hominem
qui se dei prophetam eiusque
legislatorem dicebat tam
ridiculosa deliramenta tam
spurca dogmata genti ali-
cui tradidisse animum fuisse /
nisi forte vel mente captus
vel alia ratione desipiens
extitit Plurima igitur de vita
eius et de gestis apud alios
multa leguntur et preter inten-
tionem esset proposita prius quia
et gens sarracenorum istas
infamias quas in lege
eius legimus denegant ut di-
vina oracula pro dei propheta
ad se missa tenent et servant
ut dei mandata / destru-
enteras dudentes ridiculo-
sitatem eas et impossibilitatem
ut diximus Inhiat ergo
lege et mediatis multa

vera iusta sunt et malis bo-
na quiuota vel malignitate
fallendi videlicet ut falsa propter
vera crederetur et ut mala
propter bona reciperentur vel insipie-
cia simo dementia tunc prescrip-
tum et autumo nemo potest in-
telligens non mirari paradisa-
les aut credere quibus gen-
tem illam brutalem seduxit
et quos in hoc loco destruere
intendimus de paradiso sunt
et felicitate eius quia non
nisi carnalem eis promisit
et ipsam spurcissimam promisit
siquidem eis delicias epularum
corporalium dapiferos et pincer-
nas angelos / deinde precio-
sitatem vestium et lectorum un-
braculorum quod amenitates ceteras
delicias concupiarum et blandi-
mentorum mulierum // dicemus
igitur in primis sermone universali
certa ut aut talibus doceas
iste pecudum videntur esse
non hominum et quia magis
et minus non diversificat spe-
ciem manifestum est quia
non alia bona quam habeat
vita ista promisit deceptor
iste deceptis suis ubi enim
promisit eis flumina lactis et
vini et mellis non promisit
eis alios liquores secundum
speciem quam habeat vita ista
et si forte gustu saporo-
res eodem modo se habet et de
saporibus tunc delimari sit

imo species earum vel ampliores
aut alii esse possint eodem modo
se habet et de omnibus generibus
ciborum Quare manifestum
est quia non alia felicitate
promisit eis carnalem quam ha-
beat vita ista sed eandem ma-
iorem aut melioratam Ex quo
relinquitur quia divites et ha-
bundantes huiusmodi deliciis hic
id est in hac vita obtineant huiusmodi
promissiones ipsius Iterum
igitur eos propter huiusmodi delicias
et divitias oneravit observa-
tione mandatorum suorum in
vanum eas alibi vel sperandas vel
querendas precepit Stultissi-
mum est propter bona que habun-
dant hic haberi possunt ut
alibi habeantur laborare nisi for-
sitan propter hoc ut quia hic per
mortem amittenda sunt
alibi recipientur Summa igitur
est racionacionis nostre in hoc
intencionis et veritate paradisi
et felicitatis non intellexit
qui tam propinquam vite
presenti eam posuit et tam vi-
lem ut in ea etiam bruta animalia
conveniant In hoc ergo se equa-
vit eam vite presenti Et nos
docebimus in sequentibus quod
longe melior est vita presens
quam flagiciosa felicitas ista
In hoc etiam homines brutis
animalibus similiter coequavit
dum non aliam felicitatem
hominibus posuit quam cuius et
animalia bruta possent esse
consortes / Ducimus ad alteram

cibus tibi huiusmodi et potus cor-
pora hominum mutant aut non
mutant Quod si mutant nutri-
mentum aut non et nisi repa-
ratio consumptionis que fit per inna-
tum et calorem vitalem Erit
igitur ibi consumptio et reparatio
corporum quare corpora erunt
et corruptibilia et reparabilia //
Quare et defectibilia et mor-
talia nisi mortiua deuincte
nisi morti eorum et consumptioni
nutrimentum occurreret Hec autem
est admixtio magna mise-
rie videlicet cottidianus de-
fluctus contra ruina corporis
et cottidiana refectio contra
eius continuam defectionem sive
consumptionem Erunt ergo epule huiusmodi
non solum facultatis sed etiam
vrgentissime necessitatis quia
per consumptionem corpora in mortem
fluentia necesse est cottidiane
refectionis alimonia retineri
Amplius Quia proportionales
vnus equales sunt semper
delicie desideriis suis aut
erunt maiora desideria
carnalium voluptatum hominibus
in vita illa quam sunt in ista
aut non Si non erunt maiora
desideria ergo neque delicie
cum desideria proportionalia
sunt aut equalia deliciis Equa-
liter namque desiderata sive ab
eodem sive a diversis equaliter
delectant sive eundem sive diver-
sos Quod si dixerit quia ma-
iora erunt desideria et hec
proportionaliter deliciarum ita videlicet

quia addetur desideriis que-
admodum et deliciis et cre-
scant desideria quantum et de-
licie Quia igitur equalia equa-
libus adduntur in ista remu-
neratione seu felicitate quam
promittit tota sunt equalia
Quare nec maior felicitas
est hec futura quam presens nec minor
miseria Cum enim fames presens
miseria sit et sitis similiter
et equales sunt deliciis ci-
borum et potuum in vita ista
et equales fiant et illis
additiones atque equaliter
crescant in illa quam promittit
felicitate Ergo et in illa
erunt equales fames et
sitis suis deliciis sicut et
modo sunt // Quantum ergo cre-
verint delicie ciborum et po-
tuum tantum et miserie famis
et sitis Et similiter quantum
creverit felicitas ciborum et
potuum tantum miseria famis
et sitis Quare quanto in vita
illa feliciores erunt quam
in ista tanto et miseriores
In nullo igitur est maior feli-
citas vite illius quam istius
In nullo minor miseria //
Quemadmodum enim si aquam
tepidam per admixtionem
aque calidioris aliquis ex
vna parte calefacere vellet
alia econtrario equalem aquam
et eque frigidam ut illa ca-
lida immittente aqua in
nullo proficeret ad calorem
sed et quantumcumque augeantur

delicie carnales postquam
cradus tm augent et mole
stie contrie illis in nullo p[ro]fi
cit plurimi augmentu ad vo
luptatem // Amplius aut
erit fames et sitis in vita
illa aut no erit Si non
erit q[uod] erit ibi euacuatores
ventium aut corruptiones cor
porum quas nece est repara
tione nutrimentu aut no Si erit
ibi cum fames et sitis semp
sunt huiusmodi euacuationum et co
rruptionum igit no sencient
cum fames et sitis ibi no
sunt Secundo duo inconvenie
tia manifeste sequunt Primum
est mortificatio spiritus nature
que tm sic malum vz corrup
tionis et euacuationis no
sentit / Secundum est no esse ibi
delicias cibi et potus Ubi
eni nec fames nec sitis e[st]
impossibile e[st] delectatione ex
cibo et potu Cum delectatio
no sit nisi quies desiderii
et impletio uacuitatis illius
Si vero fames et sitis sunt
ibi magna p[ro]b[a]bilitas inu
enire ibi e[st] Et illa utiq[ue] i[n]
comparabilior maior quam hic
sit Cum delicie ciborum et
potuum maiores incomparabiliter
ibi sunt quam hic Impos
sibile eni e[st] ut magis in
comparabiliter delectet quis co
medens aut bibens nisi
incomparabiliter magis esuriat
aut sitiat // Amplius vere
vera miseria nichil h[abe]t miseri

hoc est felicitatis Sic vera
felicitas nichil habet miserie
Quare nichil famis aut sitis
et omnino nichil paupertatis aut
indigencie erit in vita futura
Indigencia eni p[ro]b[a]b[i]l[is] e[st] mise
rie / Felicitatis igitur illa qua
promittit aut no e[st] vera fe
licitas aut nichil habet in
digencie quare nichil h[abe]t
famis aut sitis nichil indi
gencie cibi vel potus // Am
plius aut cum hiis deliciis
erunt delicie spirituales q[uae] non
vi sit manifestum e[st] q[uod] se
no compatiunt Spirituales enim
delicie aiam humana ad se
trahunt et in se tota rapiunt
et carnalia sentiri no pa
ciunt ea hora qua mente
humanam tetigint Quod
appet in extasi et raptu Ubi
admodicu spiritualia bona me
tem humanam tangunt et to
tam mente in se rapiunt et
a sensibus et sensibilibus omnino
abstrahunt Quanto fortius igitur
ubi totaliter beatificanda e[st] mens
humana nichil carnalis seu
sensibilis voluptatis sentire
vel etiam cogitare promittetur
Si modica stilla spiritualis
voluptatis totam eam occupat
et absorbet Quid faciet
torrens ille voluptatis et
ebrietas abundantie domus dei
No potuit igitur simul esse
felicitas spiritualis et ista de
qua loquuntur carnalis Et

si dixit quia alternatim hec est
altera post alteram fruentur
indubitanter illa sequitur deinde
quia neutra plena erit cum
neutra sit continua Continui-
tas enim pars est felicitatis
Amplius ipsa experientia satis
manifestum est quia gusta-
tes delicias spirituales statim
fastidiunt carnales sicut dicit
Augustinus Quia gustato spiritu
despicit omnis caro ornare
impossibile est ut voluntarie
a spiritualibus in patria recedant
ad carnales Si enim ea hora
qua vacabunt spiritualibus car-
nales non appetant adhereant
aut spiritualibus amore fortissimo
et qui nec memoria patitur
carnalium voluptatum impossibile
est quod ab eis recedat vo-
luntarie propter carnales cum
illas non appetant illa hora
Nichil igitur est ibi quod eos
abstrahat a spiritualibus delitiis
vel quod eos trahat eo tempore
ad carnales Et hec voluntarie
// Violentia aut vel sub-
reptio locum ibi non habet
Manifestum igitur est semel
admissos ad spiritualem felici-
tatem ab ea vel ad modicum
divertere vel sejungi impossibile
esse Impossibile igitur est al-
ternatim utramque felicitatem
ibi obtineri Vitetur igitur quod feli-
citatem spiritualem vel omnino
ibi non esse vel solam esse
hoc est preter carnalem istam
de qua loquimur Cum vero possit
esse simul cum illa vel alterna-
tim nec post nec ante illam
Quod si ibi non est felicitas
spiritualis illa aut est indubi-
tanter potissima aut nobilissima
maximaque pars felicitatis
Si tamen et alia est aliquid
eius pars Apparet igitur evidenter
quia felicitatem non ponunt
sed partem felicitatis et illam
modicam atque vilissimam
qua carnalem solam ponunt
// Amplius aut crescent virtu-
tes tam appetitive quam
effective huiusmodi deliciarum pro
magnitudine earum aut non
crescent Si crescent ubi gratia
virtus appetitiva cibi et virtus
appetitiva potus et item
virtus comedendi et virtus
bibendi que sunt effective
delectationis in cibo et potu
Et item virtus appetitiva
coitus et virtus effectiva
eiusdem ornare nunc est cum
delicie ille non sunt compara-
les istis in magnitudine
ut nec virtutes virtutibus
sunt comparabiles Non erit igitur
comparatio appetituum ad appeti-
tus in magnitudine Et
similiter neque virtutum ad virtu-
tes Incomparabiliter igitur erunt
plus appetentes comedere
et bibere et plus potentes
quam modo sunt / satisfiet
aut in illa felicitate et
appetitibus et virtutibus
Incomparabiliter igitur plus co-
medent et bibent quam

hic Ex quo sequitur etiam quod plus
tempore inseparabiliter et ita continue
et quia organa seu instrumen-
ta necesse est rudere virtutibus
atque congruere consequens est ut
fauces (?) et bevates (?) sint insepara-
biliter maiores quam hic Et
quale ingbemens (?) sequitur
de virtutibus iocundi videlicet
ut maior sit in eis inseparabiliter
quam invenire possit in vi-
ta ista Et per consequens usus eius
inseparabiliter maior Quare con-
tinuus et non interpollabilis
Considera igitur in hiis que
diximus qualiter ista spiritu-
tissima felicitas se ipsam
destruat et pars eius pro
tem non patiatur duo Una
quaeque in necessitate sua et
totum sibi concupiscentie occupat
et totum tempus requirit
proprium alterius non admit-
tens Et considera hoc
in bona quaque per se ubi gratia
Sicut dicebamus in virtute
appetitiva gustabili seu
comestiva Si enim crevit
eo usque ut in infinitum
maior effecta sit quam sit
in vita ista ergo et eius
appetitus necesse est quod v-
tutes omnes ibi operari secundum
proportionem in qua ibi sunt cum
ibi locum non habeat impedi-
mentum vel imperfectio Quare
huiusmodi virtute appetetur ibi
non solum magis vel arden-
tius inseparabiliter hic est maior
cibus Eodem modo quod virtus

comestiva similiter crevit ultra
omnem comparationem comederetur
ea non solum inseparabiliter sed et
maior inseparabiliter cibus Impo-
ssibile autem est quantumcumque pro
cibo maiore inseparabiliter inveni-
ri nullum enim corpus infinitas
continere potest aliud quantumcumque
prius cum omne corpus ex ne-
cessitate sit finitum Continua
autem necesse est esse comestionem
cum tantus odor appetitus in su-
per applicationem ad comestione
cibi nec quiescere ibi ut mitigari
possit Alioquin repugnaret et
inutiliter esset in eis sine de-
tibo Adhuc modo considera-
re potes in siti et in appetitu
sponte voluptatis Quaerimus
etiam ab eis utrum sint ibi di-
gestiones et egestiones ci-
borum et potuum quas utique
necesse est ibi esse Cum enim
cibi et potus in eis preter-
habeant quae non conveniant nu-
trimento humanorum corporum Erit
igitur per digestionem necesse est
separari ab eis quae conveniunt
huiusmodi nutrimento et inconve-
nientia emitti et tandem egeri
Quare cum huiusmodi digestiones
et egestiones sine non habeat
non sufficiet paradisus illa
etiam sola secundum egestionem
tempore cum omnis regio cor-
poralis finita sit magnitudine
pulchre autem irrisit quidam
Daniel (?) quendam sarracenum
ex hoc dicens ei Maledictus
paradisus in qua cacatur oportet
si forte dixit quia ea erit

ibi vtus corpm seu ventum
ut totam superfluitate consumat
quanto fortius dico pt vel dz
quia ea erit vtus corporis
ut corruptionem seu resolucionem
no paciatur occulto enim nuq
est no pati corruptionem aliquo
quam facere corruptionem in alio
Amplius Cum ponat ibi coi-
tum nre ibi habet ponere
superfluitate tercie digestionis
sine dcm tibi Cur ergo no et
prime et secunde digestionis Ho-
hoc sequitur abhominande fe-
ditates Aut enim erit ibi ge-
neracio ex illo coitu vel nichil
aut no erit Si erit et hoc per
modum vite istius erit mag-
na miseria pariendi et nutren-
di et tanto maior quanto
maior ac crebrior erit ibi
commixtio masculorum et feiarum
Quo tunc aut modo sit quia
mors ibi no habet locum
crescet populus in infinitum
finita aut est regio paradisi
illius et omnis regio corpa-
lis sicut in naturalibus didicisti
Quare brevi tempore nre habebit
omne pars magna populi
illius de paradiso et ceteri
nre erit eius regionem alia
ad habitacionem eorum et no una
solam sed eciam infinitas
Quoniam impossibile est
quod tunc regiones finitas
capere tunc sunt homines capere
infinitos Et hoc manifestum
est eadem via qua declaratum
est omne corpus esse finitum

et nullum posse continere infinita
tanta quantitatem quod prius de-
monstrato Quod si no erit
ibi generatio erit igitur sterilitas
in maribus et feminis Quare
frustra erit vis generativa
in utrisque // Amplius sterilitas
plaga est et lesio
nature in virtute generativa vel
corporis membrorum vel apte se-
minis per qua remanet in com-
pletum opus generationis
Ibi aut nec plaga nec lesio
nec impletio locum habz
Amplius Secundum hoc vis
generativa no fructum desini-
et sed soli fede voluptati
maximum aut bonum eius
fructus eius est et absque
ulla comparatione melior
est proles quam voluptas
illius commixtionis prima
ergo eo quod habet optimum
vis generativa et nuq bonum
in infinitum excelencia permanet tum
quam perveniat in vita ista
Quare status eius erit
incomparabiliter nunq bonus nunq
quam perfectus quam sit in vita
ista Vis ergo generativa no
beatificabitur sed miserifica-
bitur Quod si dixit quod
no erit ibi in commixtione
maris et femine feditas
aliqua vel in mundicia
sed sola coniunctio corporum
et amplexus absque commis-
tione humor hinc inde
manifestum est quia
Epicuriste utitur nomine

conbibitus // Amplius Quid
est paradisus iste nisi thabina
indefesse ingurgitationis et
perpetue turpitudinis prostibu
lum propter abhominaciones
et feditates que commixtis co
mixcionibus marium et femi
narum? Quod autem dixit an
gelos spirituales futuros esse
atque dapiferos eorum qui ei
crediderint et legem suam
servaverint quis non videat
angelos suos felicitatem
illam quam nec oculus vidit
nec desidere ut eos parent
eis et omnet ad turpitudines
extendas et ut angelice bea
titudinis excellencia quinter
intoxicatam seu dapiferaz
aut spiritualium servitute
Ingrabitur cum vilius et sine
huiusmodi laus et nescit quod sunt
poricis / Cum aliis iste ho
mialibus loquens ut patam
nec felicitatem pure cogi
tavit Et hoc declarabimus
evidenter ostendentes quod tota
quod in parte ista scripta sunt
miseria est vere felicitati
contraria // Dicimus igitur
primum quia desideria car
nalia vincula sunt cap
tivancia mentes humanas
et laquei inretientes et
flame comburentes easdem
sunt et tenebre obcecan
tes et similiter retinentes
atque arcentes eas et a
fonte ipso bonorum qui est

deus et domini celorum et aliis
bonis quibus consistit vera
et tota felicitas earum ex qua
redundat in inferiores vires
ipsarum et etiam in ipsa corpa
earum non felicitas que ut dicit
Augustinus Intelligentis et
sciencium est propria sed sani
tas incorrupcionis que glo
rificatio corporum proprie dicitur
continens quatuor dotes
tamquam partes glorie ipsorum quae
et alibi ostendende sunt et
declarande // De voluptatibus
vero carnalibus dicimus quia
inungunt inebriant enervant
et despicere faciunt mentes huma
nas et totas in se eas rapi
unt similiter et alie passiones
que vicia nominantur Cum igitur
inebriata ista ubi adeo modice
sunt rapiant in se adeo quod
capiant corda hominum ut a deo
amore et extinguant et
oblivionem inducant Cum
to fortius ubi nec alia ani
mant nec aliorum reminisci
cinare nec ipsum deum amari
ibi nec reminisci permittant
Erunt igitur ibi tanto ma
gis culpabiles tantoque ma
gis mortifere quam hic
quanto et maiores Et hoc
est quia tanto magis rapien
tes in se et occupantes cor
da hominum et ab ipso fonte
bonorum arcentes quanto
maiores erunt nimio quod et
sepe plures // Amplius autem
amabimus ibi huiusmodi voluptates

atqz delicie aut non Quod si
non amabuntur ipse delicie neqz
delectabilia eorum non erit igitur
in ipsis delectabilibus earum de-
lectatio Qui enim non amat
cibum vel mulierem speciosam
non delectabitur in eis Quod
si amabuntur aut amabuntur
propter se aut non Si amabuntur
propter se et non propter deum cul-
pabiliter ergo amabuntur Omnis
enim creatura via debet esse
non solum ad cognoscendum
deum sed eciam ad diligendum
ipsum Sicut enim ondit vna
queqz creatura dei veritatem
hoc est sicut relucet in vna
quaqz creaturarum dei veritas
ita in bonitate seu suavitate
vniuscuiusqz creature redo-
let eius bonitas atqz suavi-
tas Sicut igitur non licet
intellectum humanum dare se to-
tum veritatibus vt ita lo-
quar creaturarum cogitandis
meditandis contemplandis
creatore relicto Ita non licet
affectum se dare totum bonita-
tibus seu suavitatibus crea-
turarum fonte ipso bonorum de-
serto neglecto Amare autem bo-
nitatem seu suavitatem cre-
aturarum propter se est dare se
eis vt diximus Quia amor
non est nisi donum amantis
in amatum quo videlicet amans
seipsum et sua omnia dat ama-
to Culpabiliter igitur amabuntur
delectabilia et delectaciones
Quare manifestum est quia

tota vita illa quam delicijs
ille consumpsit sicut tota est
delectatio sive delicie ita tota
erit peccatum tota culpa et propter
hoc tota miseria et tota mors
spiritualis // Amplius Sicut lux
ad lucem sic illuminatio ad illumina-
tionem in eodem illuminabili Sicut
lux creaturarum ad lucem ipsam
creatoris que est lux prima
et pura per quam lucet que
lucent omnia Sic illuminatio
veniens supra intellectum humanum
a luce creaturarum ad illuminacionem
venientem super eundem a luce
creatoris Quare sicut lux
ad lucem nullius comparacionis
est ita illuminatio ad illuminatio-
nem nullius Eodem se habet vt sicut
suavitas creaturarum ad suavi-
tatem creatoris nulla est
ita delectatio veniens a
creaturis super affectum ad de-
lectacionem venientem a creatore
super eundem nulla Et quia
beatitudo sive felicitas est
status vltimus hoc est perfectio-
nis vltime manifestum est
quia nec illuminatio a creaturis
est beatitudo seu gloria affectus
nisi forte quis dicat intel-
lectum humanum non esse illumina-
bilem a luce prima nec coniungi-
bilem ipsi inmediate Quod
si esset quiesceret connaturaliter
intellectus humanus in cogni-
cione creaturarum et esset ei
violenta investigatio crea-
toris Omnis enim motus sive
corporalis sive spiritualis

alo eo sive quietis violentus est et molestus ipsi moto hec aut manifeste sunt 3º quia nichil est intellectui suavius suavius de apprehensionibus quam apprehensio creatoris de investigacionibus eciam suavissima 3 investigacio creatoris et hoc a sensu accepimus Si aut est intellectus illuminabilis a prima luce erit et affectus iocundabilis seu delectabilis a prima suavitate proportionales enim sunt usque quaque prima veritas et eius illuminacio ad intellectum humanum et prima bonitas seu suavitas et eius iocundacio seu delectacio ad affectum humanum quare impossibile est alterutrius eorum beatitudinem seu gloriam esse nisi in ipso fonte lucis et bonitatis seu suavitatis Et hoc est quia beatitudo seu gloria non est nisi ultima perfectio potencialiter et plenitudo cumulata possibilitatis vacuitatis Illuminacio que nichil relinquit illuminabile in intellectu hoc est que nichil ignorancie nichil tenebrositatis relinquit in eo est gloria intellectus Sic et delectacio que nichil molestie nichil vacuitatis sive carencie desiderabilium seu delectabilium relinquit in affectu gloria est illius

Impossibile igitur est in creatura beatitudinem vel gloriam esse nec humane creature in sola luce prime veritatis sive veritate prime lucis est gloria intellectus Et in sola suavitate prime bonitatis est beatitudo affectus de hoc aut loquimur plenius suo loco //

Amplius Et delectaciones sensibiles et vires quibus delectaciones huiusmodi percipiuntur communes cum brutis sunt hiis aut delectacionibus non beatificantur nisi vires earum hac ergo beatitudine non beatificatur in nobis nisi quod commune cum brutis et alia beatitudo non est nec potest esse ista secundum ordinem Non igitur est beatificandum sive remunerandum ac felicitate in nobis nisi quod commune cum brutis // Hec aut secuntur duo inconveniencia primum quia quod dicitur felicitas nec felicitas est humana sed pars modica atque vilissima eciam si nomine felicitatis digna esset modicum enim atque vile est in nobis id quod cum brutis commune // Secundo sequitur ex hoc manifesta dei iniquitas atque perversitas pars enim ista semper rebellis est in nobis dum hic vivimus honestati et repugnans dei voluntati Reliquum aut quod est in nobis nobile atque precipuum semper pugnat pro honestate et pro dei voluntate contra resistendum // Hec igitur

manifesta dei iniquitas quod sui-
ente illi partem in nobis et per-
co semper pugnante non termi-
nat propria felicitate et gloria
Hec vero perversitas quod inimica
sibi et honestati partem viciorum
quasi omnium fontem terminat //
Quod autem manifestum est superi-
oribus viribus anime humane atque
nobilibus proprias esse perfectiones
Ideo necesse est et propria esse perfecti-
bilia quorum adeptione et ob-
tentu perficiantur Quare proprias
beatitudines et glorias sublimes
et nobilitati sue convenientes
eas habere necesse est hee autem beati-
tudines et glorie porcinam
istam felicitatem non sustinent
sicut ordinem ymmo abstrahunt
et longe faciunt ab illa Ideo
magis providenda erat brut-
alibus ut pote totaliter eis
conveniens Nichil enim quod
humane felicitati repugnet
in brutis est nichil quod vel ab-
strahat vel avertat ab illa In
nobis autem est amor et deside-
rium naturale sapiencie et honestatis
Quod est manifestum indicium
quod ad illas nati sumus et in
eis solis nati quiescere Omnis
enim motus naturalis sive spiritualis
sive corporalis in id solum est
in quo est quies naturalis ipsi mo-
tui Quia ergo iste amor
naturalis inclinacio est et istud
desiderium naturalis motus hic
spiritualis in sapiencia et honesta-
te solis est naturaliter animabus no-
stris Manifestum est igitur

illas et locum spiritualem ac que-
rimus quietem et propriam ad quam
naturaliter tendimus ab hiis nos
retrahunt et avertunt volupta-
tes sensibiles Quare a naturali
loco nostre quietis et a propria
nostre naturalis mansionis
nos iniuste expulsat et captivat
Manifestum igitur est quod in-
possibile est in eis esse propriam
animabus nostris ymmo decla-
ratum est evidenter in hoc quia
ipsa sunt exilium et carcer
et vincula animarum nostrarum
Amplius Cum delicie humane
sunt evidenter huius et amores
earum servitutes et vincula
manifestum est quia aug-
menta earum erunt augmentum
miseriarum Ista igitur quam
sophismat felicitas concessi-
tate maxima miseria est
Quod autem primum sit inde ma-
nifestum est quia qui magis
amat luxuriam magis captus
est in ea et magis servus
ipsius magisque impotens
ad alia bona acquirenda
magisque longe a cognoscen-
do et amando alia quecumque
bona et magis cecus ad
videndam ipsam delectacionem
et ipsum delectabile Quod
uno exemplo palam facimus
Qui enim amat mulierem hic
deformem et oculis et cor-
de iudicat eam speciosam
et si crevit amor crescet
et iste error ideo ut quanto
amplius eam amavit tanto

magis inducet ea speciosam
Uideas go quia crescit in eo
error huius iudicij Etiam cum
no crescat speciositas i mulie
ne maior sit quam ante
ipse tamen iudicat eam ma
iorem Et ita sedm q crescit
amor crescent in eo tenebre
et error huius Simili cre
scet huius crescet vinculum
crescet ardor desideriorum
Quare cum venit ad summum
amor huius erit in ultimo
errore et insanie ita ut
deformissimam speciosissimam
iudicet et nigerrimam forsita
albam Et adhuc modum
forsitan se habet de alijs
sensibus quia erit ei propria
ni odore fetor impinis et
asperanissima cantilena hor
renda vociferatio et ita
de alijs declaratum igitur e tibi
evidenter ex hijs quia non
solum impossibile e carna
lem esse paradisum et felicita
tem sensibilium deliciarum sed
etiam ridiculosum Et quia
consummata ista felicitas
no z insi brutorum animalium
nec esse pt patefecimus
etiam tibi quia vera felici
tas no sustinet huius deli
tias sed abstrahit ab hijs
Et propter hoc cessabunt de necessitate
in patria Quare manife
stum z verbum veritatis q
legitur Mt 22 In resurrec
tione neque nubent neque
nubentur sed erunt sicut angeli
dei in celo dicitur Mt 12 Et luce
20 Neque nubent neque ducent
uxores qui digni habentur seculo
illo Equales enim angelis sunt
Manifestum est etiam quia pa
radisus iste no z insi sicut vo
luptatis porcorum Et quia po
sicio ipsius pecudum z no homi
nis sicut diximus Et huius de
causis voluit quidam sapie
tes saracenum no iuxta literam
machometum intellexisse per
missiones istas videntes eas
esse ridiculosas et machome
tum per eas toti mundo fieri ridi
culum Auicenna tamen i phia
sua prima deliramentis istis
expresse consentit dicens quia
gaudia corporum expressa sunt
in lege sua quam dedit ma
chometus loquens de gaudijs
animarum post corpora in quo non
philosophum sed insanie istius con
sortem se euidenter ondit
Cuius dampnacio tanto insti
or quanto ista deliramenta
tantus philosophus magis vidit
et vidit neglexit Blasphe
mias vero quibus contra
beatam trinitatem dei quam ac do
minum nostrum ihesum xpm diuinitate
oblatrant iam alibi destruximus
et eas hic propter hoc pretermissimus

De diuisitate legum sc

De diuisitate
legum sc^2

Post hec loquemur de di
uersitate legum istarum
et narrabimus de eis
primas eorum qui reputati sunt

Lex hebreorum
sapientes in mundo / Ex hiis ergo
fuerunt qui dicerent quia lex he-
breorum lex fortune est et
quia hebrei colunt fortunam
quia lex eorum aput eos vi-
sa est fortuna inhonesta quia propter
fortunam id est propter prosperitatem
temporalium legem tenere videbantur
nec aliud erat eis promissum
in lege promissum quam prosperi-
tas temporalis nec aliud mina-
tum est eis quam fortuna
contraria hoc est adversitas tempora-
Lex sarracenorum
lis / legem vero sarracenorum
legem veneris dixerunt et eos
quodammodo colere veneram eo quod
paucas habeat posiciones sive
constituciones hii ergo intel-
lexerunt veneram naturam cor-
ruptam tantum quia scilicet nascitur
ex qua secundum delicijs et divicijs
carnalibus inhiaverunt hec autem
est tota gloria sarracenorum in
presenti et hanc solam expec-
tant sicut supra diximus
Lex christianorum
in tractatu // legem nostram christianorum
legem gracie et christianos cole-
re graciam dixerunt propterea quod lex
ista graciam maxime predicat
et extollit et in sola gracia
dei spem ponendam docet
et asserit et eo usque eam
magnificat et extendit ut
deum ac dei filium hominem
factum pro hominibus natum et mor-
tuum inde inestimabili gracie
largitate et credere doceat
et confiteri precipiat // de hac
autem distinctione non multum

curet quia non valde sanitatem
videtur fuisse leges quia eas
hoc modo distinxit Alii vero
diversitate legum attribuunt ce-
lis et stellis sicut et alias
diversitates et condiciones
hominum Et dixerunt Quia lex
hebreorum ortum habet a saturno
et celo ipsius Et propter hoc ce-
lebracionem habent diem saturni
que est dies sabbati Et eadem
die propter eandem causam maxime
vacatur legi illi legende scilicet
docende et implende Et propter
hoc multiplicia infortunia
saturni videlicet retrogradaciones
aliasque eius disposiciones lex
illa et regnum eius atque
gens varijs semper cladibus
et casibus multiplicibusque
infortunijs exposita est
Quia et ipse saturnus ut
aiunt dux est prophecie et re-
velacionum Ideo in lege eius
et regno habundavit prophecia
et multiplicata est valde
Sicut apparet in libris legis
illius et in libris prophetarum
librisque regnorum Deinde a
propria ut dicunt saturni
scilicet avaricia parcimonia et
duricia quibus vicijs gens
illa hebreorum semper constat
laborasse Juxta hunc modum
senciunt et de lege sarra-
cenorum et de regno eorum
Unde et credunt et pla-
ne asserunt legem hanc
die et hora veneris pro-
mulgatam et etiam quia

pbeuem i luxuriam viget
Et ppter hanc tantid ut dicunt
et ipsum diem veneris omni sep-
timana celebriorem habet
cultum aut gens illa vene-
rea omni turpitudine se pol-
luat manifestum est quia
nec multitudo uxorum sodomi-
cam turpitudinem apud eos
extinguit licet in ipsa lege
eorum interdicta sit Iuste ergo
ut aiunt et gens et lex et
regnum appet esse veneris Sunt
et alia que ipsi eciam hic consi-
derant que non est necesse
2 hic scribere // De lege vero que
sola lex veritatis est ut
in precedentibus ondimus et
que sola est honestatis et
sanctitatis perfecta descriptio
videlicet Xana dicunt quia
ipsa est lex solis et regnum
eius regnum solis Et ppter
hoc celebriorem hz gens
Xanorum diem solis Et ppter
hoc quia pz est spiritualibus in
regno isto i romanus pontifex
sedem habet in ciuitate so-
lis que eciam habet signum
leonis qui in celo est domi-
cilium solis Et ipsa ciuitas est
fundata in ortu siue
ascensu leonis Et ppter
hoc ciuitatem solis illam
dicunt Et quia lex ista
finitatem testimonialem
habet a lege hebreorum ideo
sedes eius capitalis et
radicalis in ytalia est in

medio ipsius vz vrbs romana
Ytaliam enim dicunt de regio-
nibus partem solis ppter hoc
dicunt eciam pontificem roma-
num in confirmationibus et testifi-
cationibus suis uti sigillo
plumbeo quia plumbum est ppter
metallum solis sicut et ipsa
lex enim pz est ut pontifex
confirmationibus et testifica-
cionibus utitur legis solis
vestibus vero rubeis utitur
ppter participacionem solis cuius
pars de coloribus color in-
venis est secundum eos de ceterarum
vero particularium et he[illegible]
que sunt ppter istas leges
dicunt esse coniunctiones et par-
ticipaciones planetarum in-
vicem ppter hoc mutaciones
legum atque sectarum in non
legum et regnorum siue magnorum
que circa supra diximus
siue minorum ex hiis pdinare
et pnostica se posse opinantur
Et de hiis in libris iudiciorum
astronomie multa leguntur
Quod autem error iste impos-
sibilis sit et non solum sit
error manifestum fatuus
et puerum ab ipso sensu appet
cum euident stellas et pla-
netas subiectas esse cultui
diuino et legi nullatenus
aut e contra iubente enim Josue
et dicente Sol contra gabaa-
ne moueamur et luna contra
vallem haylon Steterunt
sol et luna Stetit ergo sol in

medio spacio unius diei et non
festinavit occumbere et sic du-
plicata est dies que duplicata
toti mundo contingere visa est
Item quod diximus quia a sen-
su .i. testimonio oculorum istam
primam radicem destructionis
istius erroris accipimus obe-
dierunt igitur sol et luna Jo-
sue cultori dei altissimi et
legis eius ministro non ipsi
Item dei cultum legisque ministerium
Cultoris igitur dei altissimi
et lex eius solem et lunam
Josue obedire compulerunt
Quare manifestum est ipsum
dei cultum et legem superio-
res esse et fortiores sole et
luna superiores quam facere ac for-
tiores eorum cultores atque
ministros nullatenus ergo sub-
sunt cultus dei et lex eius
planetis sed magis econverso ad
idem facit retrocessio solis
et reversio umbre per x lineas
que facta fuit Ezechie in
signum liberationis sue ab egri-
tudine quod utique ad ipsius
Ezechie orationem factum est sicut
legitur iiij regum xx° ysaie 38

Probationes autem evidentes
quibus error iste destruitur
hec sunt ornamenta celi et stelle
atque luminaria videlicet sol et luna
aut scienter et voluntarie ope-
rantur ista que eis imponuntur
aut naturaliter quemadmodum
ignis calefacit et lux lucet
Quod si scienter et voluntarie
inducunt sectas perdicionis

et contradictionis quibus contradicere
cultui divino et legi mee et
eos gravissime peccare inducunt
et in animas quas a cultu eius
et a lege eius convertunt et in
errores impietatis et perdicio-
nis inducunt Quare et ma-
los eos esse et dei capita-
les inimicos dubitari non
potest Deinde malicia ista aut
esset eis innata aut ad-
venticia et acquisita Quod
si innata erit igitur naturaliter
mali Jam autem declaravimus
alibi quia impossibile est
aliquid esse naturaliter malum
Et item si naturaliter mali essent
tunc nichil haberent naturale
quod deus in eis non cre-
avit non solum malos eos
creasset deus sed etiam
maliciam creasset in eis Ex
quam longe sit a divina boni-
tate palam est Si enim ma-
liciam creasset deus con-
tumeliam suam creasset et
adversus semetipsum contradictionem
et inimicum sibi capitale
Si non fuit eis acquisita
ista malicia necessario corrupti
sunt atque decepti mutati
quam a suo statu et bonitate
naturali Quare locum habebit
apud animas eorum immutatio
et corruptio tum corpora
eorum immutabilia esse con-
stet naturaliter et incorruptibilia
et hoc ordo nature non patitur
scilicet ut in substanciis communibus
corporibus quam compositis celestes
ipsi eos credunt nobilior

sit status corporum quam creaturarum
Quanto enim dicte huiusmodi principales
sunt primo in mutabili et in-
corruptibili quam corpora tanto
magis minus obnoxiales eas
oportet esse corruptioni et ali-
cuicumque mutationi // Amplius
Quod accessit vel acquiritur
eis ex ista submissione creaturarum
quam scienter et voluntarie
operantur Quibus etiam sunt sug-
gestores malicie tante atque
perversitatis ut nulla utilitate
sua huiusmodi sibi tantas deo
contumelias tanta creaturis
pernicies ingerit Restat igitur
ut non scienter et voluntarie
operentur talia in mundo isto
inferiori Quod si dixerit quis
quia naturaliter ista operantur absque
sciencia et voluntate / Quemad-
modum lapis adamas attra-
hit ferrum aut ignis talem
facit potentiam scilicet que naturaliter
operatur non libertate tamen non
est liberum operari vel non opera-
ri que quidem operatio similis
est propter quod dixit philosophus
Quia naturaliter operatur per modum
servientis Et hoc apparet evi-
denter esse impossibile Cum virtus
sit similiter scilicet operans ignobilis
bilis est et vilis comparatione
virtutis libere operantis videlicet
que est super utrumque oppositorum
hoc est super suum operari
et super suum non operari / Si-
milis autem impossibile est omnibus ce-
nobiliorum Quare virtutes

celorum stellarum et luminarium im-
possibile est causare in nobis
sapientiam vel virtutes vel bonos
mores vel etiam qualescumque a-
mores vel voluntates cum omnia
hec nobiliora sint omnibus huiusmodi
virtutibus quas ipsi ponunt in
celis // Amplius virtutes ex
quibus sunt huiusmodi operationes
aut sunt corporales aut sunt
spirituales Si corporales non sunt
igitur naturaliter imprimere dispositiones
naturales enim operationes per similitudines
sunt Agens enim naturaliter intendit
dare quod habet et assimilare
sibi recipiens Manifestum igitur
est quia nec leges nec secte
nec alia huiusmodi ex talibus virtuti-
bus esse possunt propter naturalem
dissimilitudinem et etiam propter
nobilitatem quia hec sunt
nobiliora illis Non est enim
possibile in natura ut nobilis
tanta sit ignobilior secundum spe-
cie comparato // Amplius Iam ali-
bi didicisti quia corporales vir-
tutes non agunt nisi per contactum
agentis et patientis aut
medii quod necesse est ut sit con-
tingens utrumque et deferens
passionem ab alto in altum Quare
in hiis qui manent in locis
subterraneis nascuntur et de-
gunt nichil possunt virtutes
huiusmodi Corporalium enim virtutum
operationes absque dubio necesse est
sunt posita nisi interposita
passibilia fiunt ab huiusmodi
agentibus Quare intran-
tibus hominibus domos suas

aut receptacula abscidunt
ab eis celestes operationes omnes
Quemadmodum intuere aliquis
domum suam abscidet ab eo
operacio illuminationis et non operatur
lux solis in ipsam operacionem suam
quamdiu durat interpositio que
abscidit ab eo illuminationem huiusmodi
Nichil ergo possunt celestes
virtutes in homines nisi quando
et quamdiu sunt extra habi
tacula sua Ex quo accidit
ut tociens mutentur mores
hominum et leges et secte quociens
mutant habitacula sua aut
saltem per moram et quietem
in eis deleantur ab ipsis sicut
per moram et quietem in domo
frigida et obscura delentur
quidquid impressionum calor lunis
aut caloris a sole Admirari igitur
istud non effugiunt ut in eos
qui in locis subterraneis atque
profundis nascuntur et in eis
morantur Nichil possunt virtu
tes huiusmodi Quod si dixerit quis
eas esse spirituales Iam nosti
quia virtutes huiusmodi non operantur
nisi intelligendo ymagina
do et desiderando secundum apud
se Vide igitur est celos et
celestia que diximus intelli
gere secundum et ymaginari atque
desiderare huiusmodi impressiones
in hominibus et extra fecerunt
in obedienciis que sunt ubique
videlicet quod sciunt et volun
tarie mala pronomata non
solum bona imprimant hominibus

et animabus humanis Nosti etiam
quia nec loco nec tempore
adiuvantur sive impediuntur
huiusmodi operationes Quemad
modum vides in huiusmodi opera
tionibus animarum nostrarum eque
enim intelligis et eque libere
in uno loco ut in alio Similiter
eque ymaginaris et de deside
rio et voluntate similiter scilicet
Similiter igitur planetarum et
quarumcumque stellarum eque potens
est ad huiusmodi operationes in uno
simul loco ut in quocumque alio
Manifestum igitur est quod nec
fortuna nec impedimentum
locum habet apud eos videlicet
neque domicilium neque exalta
tio neque casus aut aliquid
aliorum que huiusmodi non
sapientes sed somniantes
eis attribuunt Alioquin debi
liores essent et intellectus
et ymaginatio et voluntas
et desiderium apud eos quam
apud nos // Amplius Unde
magis nec minus est po
tens intelligere vel ymagi
nari velle vel desiderare
aliquid ex planetis in ascen
dente quam in medio ce
li aut in casu suo ergo non
est magis potens operari
spiritualiter in uno loco vel situ
quam in alio Quid igitur
est dicere quod ascendens in
celo est primus locus in
fortitudine et dignitate
et medium secundus et ita
de aliis dignitatibus et

ptatibus que ipi attbunt̃ Et
quo erit hic quod aiab9 no
stris hmoi situs vl loca vir̃
addit vl minuit vt tardetes
vl infortunatas impeditas
q eas efficiant et de inde
fortes ac dnantes Quod si
quis dixit quia hmoi vtu
tes sunt similes vtutibus
que attbuunt̃ lapidibus p
ciosis qualis vtus imponit̃
smaragdo vz q attbit diui
tias dno suo et diamanti
q efficit giosum Nec mihi
effugiunt ingbemens quia
nec situs nec locus aliquid
addit vl minuit vtutibus
istis Pone enim smaragdum
apte orientis iuxta te vl
applica eum tibi apte occi
dentis vl apte medy celi
nichil addidisti vl minuisti
vtuti eius Quare vtutes
celorum atq celestium pspitas
cas opari dicit dum vtutum
in transitiones sunt causibus
q et infortunys omnib9 q
modis impedimentorum mgs
obnoxie possemus iuxta
hec contra errorem istum
multa alia induce Sed ista
sufficiat credimus intelligen
tibus quantum ptinet ad
intencionem putis tractatus
Diligenter aut intende mihi
q diximus demonis operatio
num sbarum spualium hohis
eciam et similibus que inse
ipsis opant̃ sunt forme alie

opatones sicut motus et opa
artificiorum que p motum mebro
rum et instrumentorum impmunt̃
materys artificiorum Ex quo
apparet quod opa artificiorum
non sunt mere ex spualibus
opationib9 aiarum mrorum ymo
adiuuant̃ acorpalib9 opatio
nibus vz motibus mebrorum
et instrumentorum vt diximus
Et iterum opationes que sunt
abaiabus in corpa sibi quncta
non sunt ex solis spualib9 que
in aia sunt ymo cooperantur
opationes spirituum quos uiti
medios et sba et opacoe opi
nant̃ esse int aias et corpa
earum et cooperacionib9 eorum
et meditatonib9 indigent
aie vt operent̃ in corporibus
suis sine motum sue alia
opatonum dr̃ et adhoc vt ope
rent̃ pripa corpa in alyis ma
tys hic ꝫ gᵒ modus opatonum
spualium sbarum que sunt iuncte
corporibus vz vt ipe sbe pᵐᵒ
opent̃ incipis opatones me
spuales et pillas deinde
corpa sibi iuncta opatones
corpales et pillas iterum alas
in corpa aliena Et pcedit
ordo iste apoum semp in
grossando vt ita loquam̃
p elongatonem aspuali sub
tilitate atq nobilitate //
Manifestum aut ꝫ pe q
iste modus opatonum non
pt esse incelestibus eum
phant biam non possunt im
pmi insi corpales dispones

ignobiles et ita nec scientie nec
artes neque philosophie neque virtutes
neque mores // Quod si quis
dixit quia virtutes ille nobi-
liores sunt longe quam anime
nostre et influentie sublimiores
ut potentie anime corporum longe
nobiliorum et ipse habent non utuntur
corporibus suis ad operandum magis
nisi ad corporales operationes tamen
Sicut anima solis non utitur cor-
pore solis nisi ad agendum
in corpora scilicet ad illuminandum et ca-
lefaciendum ea et cetera huius-
modi facienda / virtutibus autem suis
nobilibus atque sublimibus influunt
operationes suas nobiles spiritua-
les Decipitur Holcot convincetur
non influat nisi quas vel
quarum similes habet Et ad
hunc modum necesse est sic hec
in aliis operare ut easdem
dispositiones spirituales operabuntur
semper in inferioribus istis quantum
in eis est vel imitabuntur virtutes
earum eorum iuxta diversitatem
operationum quas operantur in istis
inferioribus Quare in ascen-
dente et medio celi et in
qualibet domorum quas ipsi di-
stinguunt Dicunt et in quolibet
angulorum aliorumque locorum quos
in celo designant easdem operabuntur
vel summi mutabilitati subiec-
ti eciunt equali et hanc
Amplius Una est figura to-
tius celi in uno climate et ho-
ra una iuncta domorum angu-
lorum aliorumque omnium que ipsi
considerat dispositio Quare
una significatio et una tan-
ta omnium evenientium in hora
illa unius impossibile erit
ut fiat illa hora nisi moro-
gatio una necesse erit et
ut ab omnibus ea hora operari
incipientibus eadem penitus
vel similia fieri in eadem regione
cum eadem sit prorsus causa
omnibus et singulis operationum
ipsorum Idem enim ascendens
idem domus accidentes idem
celi medium idem anguli
eiusdem idem aspectus plane-
tarum idem status potencia ipsorum
scilicet dignitates exaltationes
et omnia alia etiam que ipsi con-
siderant sunt in eadem regione
in unaquaque hora Nos autem
videmus evidenter contrarium
Cum enim eadem hora surgat
multa milia hominum in una re-
gione non ad eadem opera
vel operas aggrediuntur Sed
alius ad agros alius ad
vineas alius ad negociationes
atque ad alia tam varia ta-
mque diversa negocia ut ma-
nifestum sit contanta vari-
etate atque diversitate operationum
et finium nec ab uno principio
sive causa communiori efficien-
te illos moveri vel operari nisi
illud intelligatur principium primum
quod est deus Dicunt impossibile
est unam constellationem significativam
esse tante varietatis atque
diversitatis Eodem et de eventibus

fine fortunijs aut infortunijs
impossibile est ex bona constella
cone dari inditum cum bona
constellacone vnius tm euentus
et actus ex operacone preuentum
sit signum respet eciam contrarium
manifeste quia multi simul
emunt et simul vendunt simul
matrimonia et alios contractus
efficiunt simul hoc est sub vna
hora et constellacone penitus
eadem et tamen diuersa illis et
contraria sepissime eueniunt
Quemadmodum aliqui simul
agrediuntur iter peregrinacionis
et vnus infirmatur in itinere
ut quidam dicunt tamen non esset eis
impendendus nisi honor eisdem
competens nullatenus autem honor
soli omnipotenti altissimo
et deo debitus / huiusmodi enim
honor ius proprium est creatoris
quare sine iniuria ipsius
alii dari non potest // Amplius
aut est de voluntate eorum
quod huiusmodi honor eis impenditur
aut non. Si non quod sit contra voluntatem
eorum placet igitur eis iniuria
creatoris. Ex hoc apparet mani-
festa infidelitas eorum et ini-
quitas. Infidelitas quidem
quia ipsum dominum et creatorem
suum debito honore defrau-
dant et illum sibi applicant.
Iniquitas ex hoc quod sibi ius
alienum usurpat / Si vero non
de voluntate est nec indiffe-
renter possunt se habere si boni
sunt ad tantam creatoris in-
iuriam contra voluntatem igitur
eorum est quod huiusmodi honor eis
impenditur. Quare offenduntur
potius huiusmodi honoribus
quam placentur / Cum igitur
huiusmodi honores eis exhibet
infestos eos ex hoc sibi red-
dunt potius quam placatos.
Amplius si puer cognarius
vel famulus alicuius videret uxo-
rem domini sui et filios vole-
tes sibi exhibere honorem soli
domino suo in domo illa debitum
si fidelis et bonus esset um-
quid hoc sustineret. Numquid
non tota iracundia et horrore
a se huiusmodi honorem abiceret.
Si autem talia sustineret sibi
fieri numquid non fur et pro-
ditor domini sui esset. Incomparabili-
ter autem maiores fidei debitores
sunt cacodemones omnes domino
seculorum ac deo altissimo quam
possit esse famulus qui cumque domino
suo hic comparare si talia vel
volunt vel etiam sustinent sibi
fieri fures intollerabiles
sunt ac nequissimi dei pro-
ditores. Et ideo non solum
non honorandi sunt sed cum
totis studiis ac viribus exter-
minandi et remedio tollendi
quemadmodum puer cognarius
aut famulus de quo mentionem
fecimus si talia sibi in domo
domini sui usurparet. Numquid
non alii famuli boni et fideles
totaque bona eiusdem domini
familia in illum insurge-
reret et de domo eiceret //
Amplius si pro modico fur-
to vel rapina spoliandum vel eciam
condempnandum vel etiam suspendendum
quis meretur etiam cum illa
committit contra communem vel
parem quanta supplicia mul-
to fortius meretur pro furto
vel rapina divini honoris atque
summi huiusmodi ne dicam cacò
demones sed etiam execrabiles.
Amplius cum idem est ydolatria
scilicet hoc nisi duplex furtum
vel sacrilegium alterum vero

quo ydolatria principaliter soli deo debitum subripit Alterum vero quo ille cui impenditur illud rapit // Amplius cuius vir bonus si nec rex esset nec dux vellet honorari pro rege vel duce nunquid non magis irrideri se putaret si honore regio aut ducali sibi exhiberi videret Cum igitur boni illi dii incomparabiliter magis inferiores se videant deo altissimo quam sit inferior omnium quam iste vir duce vel etiam rege quanto magis irrideri se reputabunt et contumeliam suam intollerabilem referent honore soli creatori debitum sibi exhiberi // Amplius quanto maiorem honorem indebitum impendi sibi vult aliquis tanto maior est in eo superbia et inanis gloria / Verbi gratia si simplex clericus sacerdotalem honorem sibi exhiberi vellet erit hoc aliquante vanitatis atque superbie Si vero duplo maiorem erit duplo maioris vanitatis atque superbie Et ita gradatim quanto longius est is ab eo statu vel initio cuius vel cuius honorem appetit tanto maior est vanitas eius atque superbia Cum igitur dii honorati in infinitum longe sunt ab altitudine et supereminentia creatoris et appetunt impendi sibi honorem soli debitum creatori infinite sunt vicio vanitatis atque superbie dire

maior non

infinite malitie Et ideo in infinitum inhonorandi et impugnandi ut pote dei hostes atrocissimi et inimicissimi Quod si dixerit aliquis quia non honorem soli creatori debitum sibi impendi volunt soli dii sed honorem sibi debitum et quem hiis competit dicunt et precia sibi fieri que merito eis debentur / Querimus ergo utrum favorem suum et graciam aliaque beneficia sua gratis impertiri debeant hominibus an non Quod si sua ipsa bonitate et gratia nolunt beneficia sua impertiri hominibus certum est nisi illecti muneribus et obligacionibus apparet manifeste nullam esse bonitatem eorum Ubi enim in hominibus huiusmodi dispositio bonitatis reputanda non est multo fortius nec in diis Venalis enim beneficencia non beneficencia vere nominis sed negotiacio verissima est Inter negociantes autem in eo quod negociantes sunt nullum locum habet gratia Quod si dixerit quis quia nihil locum habent gratia et beneficencia apud deos quia cultoribus suis precia recipiunt et magis eis retribuunt // Querimus iterum an indigeant muneribus nostris an non indigeant Quod si indigent miserrimi sunt omnium et maxime inopes qui sanguine talparum et vespertilionum atque lacertarum indiget Et feliciores eis sunt nulli

atque buffones qui gratis hoc
est absque mercimonio aliquo
huiusmodi animalia ubique accipiunt
feliciores atque potenciores sunt
lupi atque leones qui pro desi-
deriis animalia quorum carnes
desiderant et sanguinem siciunt
ut sua ubique rapiunt. Dii vero
non indigent huiusmodi muneribus
apparet ergo nulla esse bonitas
eorum vel beneficencia qui munera
quibus nullatenus indigent
pro beneficiis suis exigunt. Si enim
detestanda est ista venalitas
in hominibus ut nec liceat eis
pro beneficiis exigere munera et
quibus indigent multo for-
cius non licebit exigere munera
quibus non indigent / pro indi-
gencia siquidem sua potest unus-
quisque petere a deo qui habundat
ut ei tribuat aliquid / non autem
pro beneficio. Alioquin vendit be-
neficium et deturpat illud in
mercimonium. Summa igitur re-
tribucionis istius hoc est quod
veri nominis bonitas pro benefi-
ciis quod nulla est non pati-
tur umquam aliquid exigi. Et ma-
xime quando eo hoc est mu-
nere vel retribucione non in-
diget. Quare si vere boni
dii sunt impossibile est quod
retribucionem a cultoribus suis
vel exigat vel intendat
vel quod eam etiam sibi exhiberi paciantur.
Vir enim bonus et erubescit
et horret hanc maculam
pom ingla sua ut vllo
sustinet ut ex gratis et

ex bonitate debet effluere re-
tribucionem extrahat inde vel ex-
torqueat. Alioquin non de fla-
no bonitatis opus effluit
sed de vacuo et avido ventre
cupiditatis // Amplius autem
deus prestant dii beneficia
cultoribus suis aut interpel-
1 cap^t lantes ex creatore ea prius
impetrant. Quod si dixit
quis quia deus hoc est
de sua virtute et potencia
salutem et vitam prestant mor-
talibus divicias liberos et divi-
cias et honores manifestum
est hoc esse impossibile. Primo
quia omnes virtutes eorum et
potencia dona dei altissimi
sunt / propter quod ipsi nichil possunt
nisi quantum iubet / qui sunt
altissimus. Non enim virtutes
et potencias quas largitus
est eis altissimus ita alie-
navit et longe fecit a se
ipso ut eas in potestate sua
non retinuerit / neque eos ita
a potestate sua exemit ut eis
cum commoda servitute sub-
iecti sint hoc autem in sua
parte huius philosophie declaratum
est evidenter / Quare id so-
lum possunt quod vult
eos posse / et illud solum
agunt quod et vult et
sinit eos agere / Si igitur
prestant beneficia ex divitiis
dei est hoc est ex habundan-
cia bonitatis creatoris in
redundantis et influentis
primum in ipsas / deinde per
ipsas in alias / Quare gratis =

actio et collaudatio de omnibus beneficiis imprimis est et maxime creatoris sunt et ipsa largitio eorum Et propter hoc imprimis et maxime ab ipso petenda sunt et speranda // Amplius eo solo volente et invitis atque contradicentibus diis huiusmodi obtinentur quecunque beneficia Eo autem solo nolente quicquid agant dii quantumcumque ad prestandum conentur impossibile est ut aliquid eorum obtineatur prestatio igitur omnium beneficiorum propter est divine voluntatis adiunctione eius que est propter cum ea posita ponitur et remota removetur Quare si propter beneficia cultus sive famulatus debetur deo propter debetur. Et propter hoc conatitate ei soli / Quod enim propter debetur alicui / ei soli debetur / in ista racione eius que est propter // Amplius Quod beneficia prestant dii non gratis sed intuitu remuneracionis sacrificiorum et oblacionum / tamquam non ut dii / neque ut boni homines prestant illa / sed ut vilissimi homines / Omnium enim hominum vilissimi sunt / qui venales sunt / Quod si quis dixit / quia non eo intuitu sed magis gratis / et ideo magis colendi sunt / quia gratis beneficia prestant mortalibus / et ideo magis colendi sunt / magis honorandi / magis amandi hoc utique verum esset hoc posito sed non ideo creatori gloria auffenda est ut illis

usurpanda // Amplius Dii de suo prestant beneficia mortalibus / quererimus quare intelligant de suo / Nichil enim suum est quod non ab eo universali largitore bonorum acceperunt Quare de dei donis et acceptis ab eo prestant huiusmodi beneficia / Addimus autem quia ad hoc acceptis ut inde largi essent quantum possunt et deceret Non enim in avariciam neque in gravitationem prestantis ditavit eos creator bonus donis suis Quare hac condicione ea recepisse ut inde ipsi divites et boni essent imprimis Et deinde illa quibus deceret communicarent / Hec autem est racio nunciis et deferentis beneficium Quare in prestatione beneficiorum non sunt dii nisi nuncii universalis largitoris bonorum deferentes beneficia ipsius quibus ea mittere voluit largitatis sue dignacio Manifestum est autem tibi et cuilibet intelligenti intelligibilia quod nunciis et dona deferentibus faciendum sit / et an propter huiusmodi officium deificandi sunt / ut dii habendi / Apparet igitur insania et impietas ydolatrie propter hoc. Amplius potencia et virtutes eorum aut sunt potencie irracionabiles sensuales tamen aut sunt potencie racionabiles peccatorum operantes Quod si sunt irracionabiles

Et boni dii honore sibi debito, et non honore creatori debito honorandi sunt

hoc est non libere sed pravitate operantes qualis est virtus ignis ad talefaciendum. Cum non est liberum non talefacere cum obviavit ei materia talefactibilis/ primo necessum/ non enim potest non talefacere tunc nec habet imperitate continere virtutem suam/ Tunc nulla gratia adhibenda est diis pro prestatione beneficiorum/ sicut nec igni pro talefactione Non enim pro grata voluntate nec pro libera intencione bona talia operantur Sed pro modo ut dictum est plus sinceritatis qui non habet imperitate ad facere nisi conducere Quare colendi non sunt Ullomodo propter beneficia Si vero sunt donabiles et liberi/ necesse est ut tanto maiorem gratiam maiorum quam liberalitatis quanto sunti gratiis vicinioribus sunt/ si tamen boni dii sunt Quare tanto minus erunt intendentes retributionem/ longius quam ab omni venalitate Quare pravitate non solum non amat huius munera sacrificiorum et oblacionum/ sed etiam offenduntur pro oblatione ipsorum ut supra diximus // Quod si dixit quibus omnia non placent munera diis propter neque ea amant ut pote quod eis non indigent sed debitum propter est atque decens honorificencia beneficiorum et maiorum atque sublimium et magnis

decor iusticie est inhonestum et hoc est qui placet eis in tota cultura sua. Videmus quia dignum et iustum est et decens atque decorum ut honorentur boni dii/ Verumtamen non honore quo ipsi pravitate offenduntur si boni sunt/ hoc est non honore de alieno et sacrificiis de rapina/ et quia eis impendi non potest nisi cum inhonoratione et iniuria creatoris // De alieno non eos honorat et de rapina qui de toto cultu soli deo altissimo debito/ cumque solius ipso eis ad offert honorandi autem sunt ut alti atque sublimes non autem ut deus altissimus Et ipsi si boni sunt ut sepe diximus longe amplius offenduntur inhonoratione et iniuria creatoris quam viri sancti quanto et meliores atque sanctiores Quare omnis iniusticie et iniquitatis inimici Et ideo honori iniusticie et iniquitatis qua deo altissimo cultus sumus et honor aufertur maxime inimici sunt Et propter hoc maxime ea presciunt // Quare ipsi dii ydolatrie maxime inimici sunt Et ideo consequenter ydolatris // Amplius Impestandis beneficiis aut consulunt et curant voluntatem divinam aut non Et si consulunt eam et curant non aliter prestant eam nisi sicut viderint beneplacitum divine voluntatis // Dispensatores

igit^r se gerit bn̄ficiorum nō
auctores aut largitores Qui
enī aliena voluntate tantū
et intuitu administrat dispen
sator est nō dominus et inst^r dis
pensatorem se gerit nō dn̄m
Dispensatore aut bn̄ficiorum nō
hendi sunt dij Quale multo
fortius neque dij Cum enī nō
est hendus dominus multo for
tius neque deus hendus erit
Quod si dei altissimi volun
tate inhijs nō cōsulunt neque
curant magis igit^r sunt stul
ti et prodigi dispensatores bo
norum huiusmodi quam boni et li
berales largitores // Amplius
Cum rectitudo diuine voluntatis
regula sit dn̄m bonorum operū
et ipsi nō cōsulunt vel curant
regulam hanc Nō curant
igit^r de rectitudine operum suorum
Quare nō est eis cure an recte
an minus recte agant Nō solū
igit^r stulti sed etiā insani
sunt qui nō curant qualiter
agant Quod si dixerit aliquis
quod placandi sunt dij quia
irridū irascunt^r mortalibus
Queremus ab eis propter quid
irascunt^r mortalibus Si enī
alia de causa irascunt^r quam
propter pctā ipsorum iniuste ira — In iusta ira
scunt^r illis Iniusta enī est
omnis ira que nō est contra
pctm aut propterium sed alienū
Si enī nō propter pctā eorum
irascunt^r mortalibus manife
stum est quia ~~nō~~ iniuste
irascunt^r eisdem Et ideo in
iusti sunt ipsi cōtrarietate

sunt et ptores Quare nō
solum dij hendi nō sunt
sed potius dyab^li mali Ex
hoc propter pctā eorum solū irascun^r
mortalibus tunc maxime
placant^r mortalibus cum a pctis
recesserint Contrarios enī co
trarias causas necesse est esse
Quod si iustificacio et sanctifi
cacio mortalium elongacio quam
a pctis nō placat eos sed
exardescit ira eorum donec
offerunt^r eis carnes et sangs
aīalium manifestum est quia
huiusmodi nō est ira deorum
sed potius ira serpentum siue
leonum aut aliarum bestiarum
rugientium donec aliquid
prede ceperint Et huiusmodi sbe
nō dij sunt sed dyab^li nāli
malicia infesti hominibus ut
serpentes aut alie bestie
Quod sensisse porphirius vide^r
prsidius mathemeticus dicat
deum creasse anglos de
luce dyabolos nō de flāma
Quod si propter rabiem atque
seuiciam timendi tm sunt
ut serpentes atque leones et
ideo odis hendi Nō restat
igit^r nisi ut deificemus
serpentes atque leones nullum
enī aīal est adeo rabidum
et seuū quam estarum oblatione
placari nō possit atque mi
tescere Si vero dixerit quis
quia boni dij interpellacionibus
suis et patrociniis nos ad
iuuant impetrantes nobis apud
deum altissimum dupplicia

beneficia Honorandi igitur
sunt tm ut prom et adso-
tati Quare non ut indices
aut dii et ideo nec ut dii
Manifestum igitur est quia
nec sacra nec sacrificia con-
stituenda sunt eis ut alii
honores que sola requirit sup-
eminentissima divinitas subli-
mitas Quod si dixit quis
quia non est magnum accidere
bone aut recte et ad mal
inhonore seu p̄honore eius
cuiusque deorum Quia etiam pamicos
honorando multa mala li-
cite accidunt. Preterea si re-
gibus et principibus dantur
mala et parva et magna
et hoc ad honorandum eos
et fauendum ipsis cur non
diis liceat talia fieri cum
magis honorandi sunt quam
homines ut pote sublimiori-
bus atque prestantioribus su-
deum quia et si dari pos-
sint mala licite hominibus
non tamen sacrificari possunt
vel debent hominibus Sacrificari-
cum est unum quod offendo sa-
crum fit et sacrum efficit
offerentem quantum in eo est
et etiam illum pro quo offertur
Et hoc propter sacrificium
ipsum sed unum offendo sa-
cris facere et tam offerente quam
eum pro quo offertur sacrificat
Quapropter sacrificans omnibus eo
ipso quod sacrificat virtutem
sacrificatiuam et emundatiuam
impietatis attribuit ei cui sacri-
ficat hec autem virtus non sed

Quid sit sac-
rificium

hic intenciones sacrificancium et
virtutes sacrificiorum

Nisi dei altissimi Attribuit est
eidem tantam virtute sacrifica-
tiuam ut eo ipso unumquodque sanctum
seu sacrum sit quod eidem offertur
Cum igitur alii quam deo al-
tissimo sacrificat iam scit id
quidquid illud sit sacrificato-
rem et offerentis unius et et
eius pro quo offertur esse con-
fitetur Et propter hoc consequitur
omnipotentiam creatoris ac
deum altissimum Manifestum
igitur est tibi quanta in iura
quantaque contumelia creatoris
sit immutabilem atque singula-
rem eius gloriam eidem auferre
et alium quodcumque tribuere
Eodemmodo de aliis intencio-
nibus sacrificiorum quas supra
memoraui manifeste hec hec
aut impietas ut amplius
elucescat et manifestior
tibi fiat nominabimus et nomina-
bimus tibi intenciones sacri-
ficiorum et vires Cum igitur
sacrificat animal id est ac si
dicat et rem ope illo sac-
rificii hoc dicit Te tamen offe-
ro vel sacrifico auctorem
sanctitatis confiteor et ad sa-
crificandum inuoco Sacrifi-
candum aut et illud pro quo
huiusmodi sacrificium tibi offero
Reddo sicut animal istud in
manibus meis est ita ut ipsum
occidam si voluero vel pre-
cidam si michi placuit Ita
in manibus tuis sumus
ut nos occidas pro iusticia
propter peccata nostra si volueris

non bn

vl prās nobis p miscericordia
tuam sī vnplacitu tuu sunt
Tercio dicit in ptate mea est
aīal istud ad occidendū vel
saluandū // Quarto sicut mo
ritur istud aīal ita moriatur
in me pistud sacrificiū omne
pccm̄ In holocaustis nō ita
dicitur ipo ope holocausta //
Sicut 9sumitur igne isto sunt
hoc aīal ita ut nichil exco
remaneat ita 9sumatur
in me omne pccm̄ Eodem mo
Sicut effunditur sanguis istius
aīalis de corpe ipius ita
effluat et effundatur omne
pccm̄ de corpe meo // Quinto
sicut istud aīal oblacione ma
nu efficitur ita ut detecto tibi
viuat et tibi moriatur ita
et ego // Sexto sicut debat
mensa siue altari corpalem
refectionem recipio ita et spūa
lem // Septimo p̄hant ymo
lacionem quam p̄ hoc quod
admensam istam admittor
cum alys cultoribus tuis
de familia et cultoribus tuis
me esse confiteor Manifestu
est aut tibi quia nichil horum
dicendum tibi est tam om
potenti ac misericordissimo
deo Ipse enī sed sacrificiy
se replicat in ipm blasphe
mat Et hoc est vel quia
quasi dy celice ipius singnu:
et solitarie malind sufficiunt
vel vna eius gla singular
honor facto alij attribuitur
Amplius Aut placato deo

deorum mortalibus placati sunt
eisdem isti dy contentitate
aut nō Si sit nō licet mor
tales nūc placare eos vltius
Curare eo placato et fauete
mortalibus supradictum 3 ppicia
cionem et fauore illorum que
rere sacrificiis et muneribus
Si vero eo placato et faue
te mortalibus nō sunt ipi
placati contentitate rema
net igitur medium inter mor
talibus et infesti / et ita
discordantes adhuc vnpla
cito voluntatis Curare et
mali et iniqui // Amplius
Aut deo deorum placato et
fauente mortalibus vna hy9
deorum / aut pt nocere eisdem
aut nō pt Si pt / nō est
igitur deus deorum omnipt /
ens deus deorum vel / cum
cohercere nō possit deos
huius / ne contra fauorem
suum et voluntate noceat
mortalibus Si vero eo pla
cato et fauente mortalibus
nocere nō possunt / vel time
da est nec curanda ira eorum
eo usque ut placatio eorum
querenda sit sacrificiis vel
muneribus / Superuacue namque
placacio eius queritur
qui nocere nō pt // Am
plius cum deus altissimus
deus deorum sit / et dy omnis
creature ipius / contentitate
subditi sunt ei subiectione
plenissima / Iam igitur
declamimus impossibilitatem
sic istius / quia nō est
virtus vel potentia a deo

Et propter hoc quibus favore beneplaciti ipsius

firma vel solida, que non in
nichilum evanesceret et in non
esse recideret nisi omnipotentis
dei altissimi virtute et benepla
cito retineretur. Quare ma
nifestum est nullam probam
dinis aliquid posse contra bene
placitum ipsius. Quare neque
prodesse neque nocere contra bene
placitum ipsius. Et propter hoc quibus
placet beneplacitum ipsius est
intuito prout quantum ad omnia
alia, omnibus vero ipse ira
tus est nichil hic posse
prodesse ab aliis manifestum
igitur est nec iram deorum posse
nocere mortalibus ipso placato
vel favente eisdem, neque favo
rem posse prodesse ipso ira
to. Declaratum igitur est neque
favorem eorum querendum esse
neque iram timendam. Amplius
si mali sunt dii deus deorum
quantum adhuc adversarius
eorum est malicia eorum comprimens
et compescens. Si enim permitteret
eos sevire iuxta maliciam
suam in homines, aut faceret
hoc iudicio, aut non curans
aut penitus ignorans. Im
possibile autem est ut penitus
ignorans cum ignorancia
in ipsum cadere impossibile sit.
Declaratum etiam est in tractatu
de scientia ipsius quod impossibile
est ipsum non curare res huma
nas. Relinquitur ergo ex ne
cessitate ut nunquam permittat
affligi mortales ab eis huiusmodi
nisi iudicio. Quare non per

voluntate ipsorum sed prout li
mitat eis iusticia divina. Non
est igitur in voluntate eorum
ut affligant mortales vel ut
parcant eis, neque quibus aliquibus
eorum fiat. Quare in solo iu
dicio et beneplacito dei omni
potentis posita est pax et
turbacio rerum humanarum. Similiter
prosperitas et adversitas hominum.
Non solum igitur supervacuum
et inutile est deos colere
propter quodcumque istorum sed etiam
stultissimum et impium. Am
plius cum ex propria voluntate
nichil possint, sed ex sola ea
quam a deo acceperint potesta
te, et ex ea utique quantum vult
aut sinit deus altissimus
non valentes eam dilatare
extendere ultra quam eis ipse
limitat altissimus. Quare
propter omnia mala et bona que
mortalibus vel eveniunt vel
evenire possunt, nichil omnino
cultus aut honorificencie
impendendum est eis quantum
ad propriam eorum potestatem. Quod
si dixit aliquis quia propter
hoc cultus eis impendendus
est quia bona et mala pro
curare possunt mortalibus
circa altissimum ut potentes mini
stri regni ipsius et amici
illius. Respondeo quia mali
nichil apud deum procurare
possunt, nichil impetrare
ut potentes inimici ipsius. De
bonis non nunquam negatum est
eis vel a nobis vel ab aliis
quantum ut ministri dei altissimi

honorandi sunt Et ideo xpc
ipsum tanquam iusti et amici sed
non honore imperiali non autem
divinali ut ita loquamur et
divinali Quoniam si vel exigerent
vel peterent non solum boni
vel honorandi non essent sed
et mali et exhonorandi et
velud dei hostes iniquissimique
gloriae ipsius usurpatores igne
et gladio si fieri posset per-
sequendi atque de medio tol-
lendi / Quoniam autem iam alibi
declaratum est ipsos nichil a-
mplius posse in regno
dei altissimi quod est regnum
suum scelorum et dominicale im-
perium durationis quod completa in ul-
timo imperfectionis aquam impo[le]
est ad exemptum esse eique non
subditum subiectione ultima
nichil inquam amplius quam
iustos vel suos et sic bo-
nos et fideles quibus in obsequium
et honorem suum sui et sua
totaliter conferunt vel malos
et perditos Manifestum est
ex hoc nichil honorificentie
vel cultus que latria dicitur
eisdem impendenda Et
quia si eis inde quidquam
impenditur non solum non pro-
desse sed etiam obesse mor-
talibus Quia et ipsi nec
inde offenduntur ipsis si boni
sunt et non solum deus
altissimus Si vero mali sunt
quanto magis inde offenditur
deus altissimus cum ipsi
non solum omni honore in-
digni sunt sed omni supplicio
et extremo dignissimi // Amp-
lius per paterem quia dicunt habere
deos istos necesse est ut dicant
vel esse datam ipsis a deo deorum
vel esse eis a se hoc est non
aliunde Quod si non est eis
aliunde / sequitur ex hoc ut neque
sapientia neque ipsum esse Quia
re continuitate mutuari ei ut
et ceteri Iam autem errorem
istum destruximus et decla-
ravimus quia necesse est unum solum
unus est in ultimitate unitatis
et infine simplicitatis Et
quia non est ei coequum neque
compar aliud neque ullo modo
aliquate vel electione quod
quia si vero sunt eis hec
per ipsis a deo deorum iuxta sententiam
platonis in libro suo qui
vocatur thimeum inquam opinione
etiam multi alii sunt necesse
est ut paterem istud committere
sapientia et iusticia regula-
tes et moderantes eam aut
ut committent ipsam Quod si
committant ipsam manifestum
est quia iustis et bonis
moribus numquam adversantur
vel irascuntur numquam nocent
eisdem Manifestum est etiam
ex hoc quod solis iniquis et
peccatoribus adversantur et ira-
scuntur Et propter solam iniquita-
tem et peccata Quoniam sapientia et
iusticia sapientes et iustos
ob alias causas irasci non
sunt Et quia etiam sapientia
et iusticia bellum irrevocabile
semper habent contra vitia et
peccata quod neque pace sopiri

neque treuga umquam suspendi potest
sequitur istud conuitatate ut im-
qua placati seu pacati iniquis
sint et peccatoribus quamdiu
in iniquitatibus suis et peccatis
persistiterint Quare neque mu-
neribus neque sacrificiis possibile
est ut obtineatur favor eorum
et gratia ab huiusmodi hominibus
Inutilis igitur est cultus eorum
quantum ad ipsos dupravatos
aut quantum ad iustos et bo-
nos / Sapientes enim et iusti
dii non sunt non favere et gra-
tiam impertiri sibi similibus
hoc est sapientibus et iustis
hominibus Verum enim modis
omnibus est quanto sapientio-
res et iustiores sunt dii tan-
to eos et omnes bonos et omnia
bona maiori favore et gratia
amplexari fortiori quoque eis
amicicia seu dilectione astringi
Non sola igitur placatos atque
propicios necesse est eos esse bo-
nis et iustis hominibus sed et
amicissimos amicicia incompa-
rabiliter maiore quam homines
amici sunt esse hominibus
Quia igitur amicicia vera
potius conferre amico quam
ab eo recipere intendit ymo
contra intencionem et veritatem
amicicie est aliquid proprii
comodi in ipsa querere mani-
festum est deos nec velle
nec querere munera vel sac-
rificia istius insanissime cul-
ture Cum igitur in bonis
et iustis hominibus ad favorem
et gratiam deorum promerendam
sufficiat sua bonitas est eis of-
ferre munera vel sacrificia
propter hoc // Amplius cum
homo sapiens et iustus
vellet sibi offerri quecumque
munera propter hoc ut faveret
bonis et iustis hominibus
et propter hoc ut esset eis ami-
cus et propicius Verum est quod
nullus ymo manifestum est
quia irasceretur omnis sapiens
et iustus offerentibus irasceretur
inquam faciente hoc sapiencia
et iusticia Et hoc tanto
magis quanto maior in eo
esset sapiencia et iusticia deorum
quam possit esse quorumcumque
mortalium comparatione incomparabiliter
magis irascuntur boni dii
munera huiusmodi et sacrificia sibi
offerentibus / Non solum igitur
iram bonorum deorum quilem-
cumque contra se provocat huiusmodi
cultores sed inestimabile
et inexpiabile mortalibus
Si quis autem dixerit quia
multo fortius possunt ista
obtinere cultum sine cultura
dei altissimi cum ipse in-
comparabiliter magis sapiens ac
bonus et iustus sit omnibus
diis necesse enim est ut boni-
tate sua pura ac redun-
dantissima cunctis faveat
et sit propicius ac amicus
sapientibus et iustis hominibus
Et propter hoc non solum superva-
cua sed eciam noxia et van-

eiusdem provocans et culturam
que ipsi ab eisdem impenditur
Videmus quia cultura omnis
et honorificencia ipsius et
debitum propter et propter suppe-
minentissimam eius seu ipsius
nobilitatem ac maiestatem
seu magnificenciam seu propter
obnoxietatem que unaqueque
creatura totum quod est et totum
quod habet eidem singulariter
debet / aliis autem nichil debetur
nisi propter ipsum quem ab aliis
nichil habet propter etiam si pa-
tamque primitivos atque defen-
tes multa bona receperit Ma-
nifestum est autem propter quia
incomparabiliter est longe dator
muneris a mittente deferente
illud Mittens enim et deferen-
ti munus inquantum mittens et
deferens ex voluntate et bene-
placito mittentis illud non
debetur ideo vel honorificencie
vel grie vel remuneracionis nisi
propter datorem muneris et
mittentem illud Quare patet
superdiximus bonis diis nichil
debetur honorificencie racione
beneficiorum que per eos prestantur
mortalibus nisi propter datorem
ipsorum qui est deus altissimus
Ara autem et sacrificia et
templa totaque cultura ydo-
latrie non est honorificencia
deorum aut nunciorum aut de-
ferencium beneficia que deus
deorum prestat mortalibus sed
ut datorum neque ut ministrorum
et amicorum dei altissimi // P
2

hic quomodo deus quomodo sancti honorandi
sunt 2

se autem nostrum et quia solus
deus altissimus honorandus
est et solus auctor beneficiorum
solus quoque dator ipsorum ut auctor
et dator illorum Manifestum
est igitur culturam deorum
in iniuriam esse intollerabilem
dei altissimi Si quis vero
dicat quia nos ipsi templa
edificamus non diis sed
hominibus sanctis set et quia sa-
cra eis statuimus scilicet festa
sacrasque canciones et lectiones
Quemadmodum et tamen religio-
Romana dixit Faustus hereticus
quia Romani ydola in martires
sacrificia in agapas converterunt
Videmus quia non templa
sanctis vel martiribus vel aliis
sed deo altissimo edificamus
et quidquid honoris sanctis
impendimus ut dei amicis
et ut dei famulis impendimus
et propter ipsum deum solum
hoc facimus Neque sanctos ipsos
invocamus aut adoramus
ut deos neque ut auctores
bonorum que nobis prestari
petimus sed ut interpellato-
res pro nobis et impetratores
ipsorum Neque ab ipsis petimus
ut nobis beneficia huiusmodi
largiantur sed potius ut
deum altissimum orent
quatenus ea ipse nobis largiatur
Nec dicimus sancte petre
salva nos sed potius ora
pro nobis Martires igitur
et alios sanctos colimus non
ut illi ydola vel deos

Illi enim ab ydolis vel dys salu-
tem sibi vel sperabant vel po-
scebant dari et illos eam pos-
se dare credebant nos autem
non sic. Nos enim a sanctis speramus
vel petimus nobis salutem
dari, sed ut a domino deo nobis
detur impetrari neque eis
imponimus vel credimus quod
ipsi sint auctores vel datores
salutis sed pocius obtento-
res seu impetratores // Secundo
si quis dixit quod quemadmodum
regibus debetur regius honor
et pontificibus pontificalis
et sacerdotibus sacerdotalis ita
et dys divinus honor ex co-
necessitate debetur. Videtur
quia divinus honor apud nos
non significat nisi dei altis-
simi honorem. Sicut neque hoc
nomen deus nisi deum al-
tissimum. Unde et nomen
incommunicabile dederunt lignis
et lapidibus. Quia igitur divinus
non a dys sed a deo denomina-
tur, quemadmodum regius
ab eo quod est rex, et pontifi-
calis ab eo quod est pontifex,
non procedit uniformiter
secundum intencionem eorum. Deus
enim nomen quod est et communica-
bile apud eos // Nunc autem
revertamur ad id in quo eramus
et dicamus quia si sapientia
et iusticia vel bonitas comi-
tatur potestatem quam dicunt
hic deos manifestum est

quia inutilis est cultura
deorum iniquis et malis ho-
minibus exprobrata aut sa-
pientibus et iustis vanum
et noxia deos quod altissimo
intollerantur ministros. Si vero
non comitantur eam sapientia et
iusticia seu bonitas palam
est quia huiusmodi potestas in dys
gladius est in manu furiosis.
Apparet etiam quanta est vesa-
nia ydolatrie que et deos
illos nominare non erubescit
quos et absque sapientia et boni-
tate esse confitetur. Quare
insipientes et malos eos
potius inhonorandi atque spe-
nendi quam honorificandi.
Quod si quis dixit quod
propter insipientiam suam atque
maliciam placandi sunt
ne seviant in mortales error
iste multis viis destruitur.
Primo quia huiusmodi sic non
dii sunt sed belue. Belua
enim est que sine sapientia
et irascitur ad seviendum
et placatur etiam // Secundo quia
huiusmodi nec dicam dii sed bel-
ue si placarentur muneribus
irascerentur non offerentibus
munera et sacrificia ipsis
contempnentibus et ita vi-
ne non sunt nisi cultores
suos // Amplius autem est
eius potestas hec libera ut se-
viant in quoscumque et quando-
cumque et quomodocumque voluerint
aut est in eis ligata et

limitata / Quod si est eis
libera quo ergo petit corpo-
ribus suis et conimaco-
nibus culture sue Si vero
non est eis libera sed ligata
ac limitata est igitur in potestate
et voluntate ligatoris ac li-
mitatoris et iniquos et quando
seruiat Ipse igitur solus placan-
dus est muneribus et sacrificiis
non huiusmodi belue quorum mali-
cia nichil potest nisi quantum ipse
vel vult vel sinit Quis eo
videns aliquem tenentem
bestiam ligatam adoret vel
honoret ipsam bestiam ut in
ipsum non seuiat et non pocius
tenentem illam Certum autem
est quia solus deus altissimus
et ligator et limitator est
huiusmodi potestatis Quare ipse so-
lus orandus adorandus
et honorandus est / Contra
rium atque seruiciam huiusmodi
bestiarum non huiusmodi bestie
Quod si dixerit quis quod
non est ex toto ligata huiusmodi
potestas adeo altissimo sed ex
parte tenet igitur eos ligatos
quibus vult tamen in bitubus vero
eis liberis dimisit cruare
ex toto in manibus eius sunt
vio sicut belue cathenate // De-
bet autem scire quia eo usque
desipuit quorumdam vani-
tas ut deos crederent vel
sibi ipsis peratos fuisse et quod
sorte vel deum deorum ipsis
distribuisse totum orbem
terrarum plato vero sensit
deum deorum orbem terrarum
eis regendum tradidisse ac
distribuisse Quod si verum
est nec ipsi suggesserunt
aliquid mortalibus quod deum
deorum nec aliquid ab eis
exigunt contra honorem ipsius
cruare neque cultum huiusmodi
eis suggerunt nec ab ipsis
exigunt illa nec eciam im-
pendi sibi sustinent illa
Alioquin non solum infideles
iniusti sed eciam nequissimi
proditores ipsius essent tamquam
gubernacionem sue et tam e-
quissimos mortales adeo al-
tissimo auerterent et in rebelli-
onem suam tufferent // Deus
autem altissimus iniquus esset
si tantam eorum nequiciam
sustineret Si enim timeri et
a dehominibus ut iuste vindicat
et in iusticias eorum impuni-
tas esse non sinat quanto
forcius in diis non sustine-
bit tantam iniquitatem
quin eam quoque vindicet
et quin eos etiam malis
amministracionibus quoque amo-
ueat Si enim in atrio do-
mus sue hoc est in quodam
huiusmodi tantas iniquitates
tanta districtione interdicit
tantaque seueritate vindicat
quanto forcius in ipsis pene-
tralibus domus sue hoc
est incetu deorum et ipso
celo Si enim nec ipsum celum
ceterisque deorum vacat etatis

ni miniis et contumeliis crea-
toris que illi est cura de ho-
nore suo et gloria et de salute
ipsorum Omnium quoque turpitudinum
perniciosissima est iniquitas
et omnium mortium pessima est
mors peccatorum et omnium sordium
spurcissima est feculencia
viciorum Quod si non curat
ipse vindicare que est eius
iusticia Si non curat sanare
que est eius misericordia Si non
curat mundare que est eius
sanctitas Eo ipso vero insani-
erunt quidam ut deum
hebreorum non nisi unum ex aliis
opinarentur et sorte obtinu-
isse ut deus esset hebreorum
et Iupiter filiorum ut deus cet-
rete et Venus ut dea
esset Cypri et ita de aliis
// Quemadmodum autem est absurdum di-
cere hominibus tunc orbem terrarum
deus deos creasset et eius
esset iure plenissimo ac sin-
gularissimo Unus ipse deus
deorum sortes huiusmodi miserit
an ipsi presumpserint // Deum autem deos
sortem misisse non solum
vanum sed puerile est sentire
cum sortes ibi tantum locum
habeant ubi ignoratur
quid tum dandum sit co-
mitendum sit Sapientissimus
autem deus nichil unquam
ignorabat Quod si ipsimet
inconsulto deo altissimo sor-
tes huiusmodi miserint et de-
re eius appetierunt eos nichil
minus hic in illis que per sortes
huiusmodi occupaverunt Quare nec
ut dii nec ut divi in illis
honorandi sunt Si vero eo
consulto et de beneplacito eius
sortes huiusmodi de toto orbe mi-
serunt Qualiter ergo de totis
partibus mundi exterminati sunt
et eiecti Et hoc ideo ipso he-
breorum iubente in lege sua
Quo non sunt contentus deus
hebreorum sorte sua et fines
aliorum invasit usque terram pro-
missionis Si enim est pax et
amicicia inter illos nullus
invadit fines aliorum quin
etiam admittat se invicem
et promoveant alter alterius
cultum Quo igitur permiserit
se exterminari omnes de terra
promissionis et de toto orbe
Romanorum et de toto regno
Romanorum et potissimum de
egipto. Ubi omnes colebantur
ubi adeo erat celebris cul-
tus eorum ut egiptus propter
hoc templum mundi vocaretur
Sicut dicit Mercurius Sed et
de urbe roma et maxime
de templo quod pantheon
vocabatur quod unum erat
omnium deorum Quo illud saltem
sibi non custodierunt et de-
fenderunt Cum si nec pax
nec amicicia / est inter eos
mali igitur sunt amici et cu-
pidi invicem se impugnantes

fines quoque suos contra aliunde in-
vadentes et occupantes //
Hec autem omnia longe sunt
quam deorum maxime bonorum
quales ipsos ipsi credunt.
Apparet igitur ex ipso exterminio
eorum tanto atque profligatione
eos in orbe terrarum nichil posse.
Si enim ea esset potestas eorum
quam eis imponunt et sibi
primum et maxime expulisset
restaurantes templa sua atque
defendentes deinde statuas
sive ymagines aut ydola
sua ministros quoque sacratos suos
pontifices scilicet et sacerdotes
et postmodum cultores suos.
Omnino enim incredibile est quod
sponte voluntate sua exterminati sunt et
profligati de maiori parte or-
bis terrarum deinde et modis
omnibus improbabile est eorum
cultoribus suis adesse vo-
luisse. Utrumque igitur nolentes
et inviti passi sunt. Quare
manifestum est eos resistere
nequivisse potestati per quam
talia passi sunt. Hec igitur
potestas aut humana est aut dei
altissimi. Quod si est dei al-
tissimi inimici igitur et infesti
erant deo altissimo qui eos
invitos de tantis regnis
omnino expulit omnemque cul-
turam et honorificentiam
eorum exterminavit. Ex quo ma-
nifestum est eos malos esse
et propter hoc nec dignos honore
divino sed omnino prorsus indig-
nos // Apparet etiam culturam
eorum prorsus inutilem fuisse cul-
toribus suis immo eis contra-
dies deorum. Quod si ire eius
resistere non potuerunt vel per se
vel pro cultoribus suis ergo
neque favori vel gratie eius
resistere sunt contra cultores
ipsius solius. Manifestum est
igitur omnino inutilem esse cul-
turam eorum cum nec ire dei
altissimi resistere possint
et adesse sibi et cultoribus
suis contra illam nec favo-
rem aut gratiam ipsius im-
pedire quominus propterea hinc
sit cultoribus ipsius solius.
Non enim minor est ullo modo
gratia seu benivolentia dei
altissimi quam eius ira.
Quare totum hoc esse verum
humanorum totumque continuo
ex solo beneplacito dei alti-
ssimi est quod quia omnino nichil
posse vel etiam prorsus eos pos-
se manifestum est neque contra
hostes suos similiter. Non igitur
timenda est potestas eorum
propter vere humanam pro illis
neque sperandum in eis omnino
propter eorum professionem sive
neque cultura eis propter hoc
adhibenda est neque aliud.
Si vero potestas humana est
per quam exterminati et profli-
gati sunt magis igitur eis ado-
randi sunt homines quam
ipsi hominibus et potestas humana

magis timenda est eis quam
placanda potestas eorum hominibus
quare magis colendi sunt
et dii habendi ab eis homines
quam ipsi ab hominibus. Ma-
nifestum enim est 3 et iii° Judith
Nabuchodonosor rege Babilonis
precepisse olofernii principi mi-
licie sue cunctos deos gen-
tium exterminare ut ipse so-
lus deus diceretur ab hiis na-
tionibus que potuissent
olofernis potencia subiugari.
Et item capitulo 5° eiusdem Judith ma-
nates olofernis achior ut
ondam tibi quod non est deus
nisi nabuchodonosor deinde ro-
mani statuerunt ut nullus
absque decreto eorum coleretur
nec haberetur deus intra appa-
ret ex hiis defectus et im-
potencia deorum honori qui
honorificencia et cultum
sui etiam adversus homines
defendere non potuerunt. Sed
si quis obiciat quia idem
potest contra nos dici de deo
altissimo cuius cultus per gen-
tes insipientes et principes
eorum sepe exterminatus est
et deus eorum prohibere potuit
et totiens quotiens esset
atque dilataretur per homines
impeditus fuit respondeo
quia non est hec pena dei al-
tissimi sed facientium. Ex-
terminium non ydolatrie pena
est deorum et salus ydola-
tram desevientium. Non igitur

quod quia contra deum altissimum
faciebant ydolatre recedentes
a cultura ipsius sed po-
tius contra semetipsos et propter
hoc in iniuriam dei in semet-
ipsis atrocissime vindicabat
nichil enim sibi perniciosius
irrogare potuerunt ydolatre
servitute. Nullam enim dei
portare potuerunt qua tene-
bras execrationis et tyra-
nidem pessimam quibus unum
deum ac solum verum cog-
noscere prohibebantur et impla-
cabilibus inimicis suis atque
ludificatoribus demonibus
servire permittebantur. Diis autem
inanis glorie amatoribus
et honorificencie dei alti-
ssimi invidentibus pena
erat ydolatrie destructio.
Salus autem eorum desevientium
et ad deum verum revertentium.

Quod sit milicia celestis
qua decepta antiquitas
colebat eos

Quoniam autem tam ce-
lestis milicia nominat
sacra scriptura tamque
frequenter cultum eiusdem
improperat et interdicit populo
hebreorum necesse habemus
declarare tibi que sit ista
milicia qua decepta co-
luit quondam antiquitas
et adhuc aquilonares bar-
bare nationes multe colunt.
Omnia igitur nomine milicie
de celis aut stellis aut
luminaribus nimis improprie

Quod sit milicia celestis qua decepta antiquitas colebat eos

minus quam decet acciperetur.
Conveniens est ut accipiatur
de rebus spiritualibus. Non enim
verisimile est eis rebus ipsos
cultum divinum impendisse quas
puta et mortua corpora cre-
derent et in quibus nichil spiritua-
lis virtutis esse opinarentur.
Hec igitur malicia est secundum
opinionem eorum quemadmodum in
libris magicis atque ma-
leficiis evidenter apparet. Multi-
tudo spirituum decepta sentie-
bant sicut narrabimus po-
suerunt enim unicuique celorum
spiritus proprios presidentes aut
servientes et in eorum habitan-
tes. Et de celo quidem stella-
to manifestum est quia
posuerunt angelos insigni-
tos signis et distinxerunt
insignia eorum iuxta distinctionem
circuli signorum qui zodiacus
grece vocatur. Unde et posue-
runt qui servirent prime tri-
plicitati eorundem signorum
in quatuor partibus anni scilicet
et qui servirent secunde in eisdem
partibus scilicet et tercie et quarte.
Et posuerunt eis nomina
secundum hunc modum et qui
preessent celo saturni et qui
servirent ipsi saturno et nomina
quorundam eorum similiter et
qui preessent ipsi saturno
et nomina eius posuerunt
in libris suis. Eodem modo
etiam posuerunt qui servirent
celis aliorum planetarum
et qui preessent vel essent

principales eorum sunt qui pre-
essent inter eos et nomina
posuerunt eis similiter et qui
preessent unicuique celorum pla-
netarum et nomina eorum descri-
pserunt iuxta positionem ista-
rum. Quam erroneum aut habeat ve-
ritas de hiis vel utrum aliqui in
celo sint proprii spiritus habitato-
res et presidentes et utrum
nomina sint eisdem vel esse
possint et de aliis que circa
huiusmodi posuerunt disputare
et pertractare preter intentionem
est presentis tractatus et ad
quandam partem scientie divinalis
philosophie quam sapiencialis proprie
pertinet et propter hoc omnia huiusmodi
huic tractatui reservamus.
Posuerunt similiter angelos
proprios qui preessent igni scilicet
et alios qui preessent mari
et alios qui preessent terre.
Et utebantur invocationibus
eorum huiusmodi spirituum vel ange-
lorum prout credebant congruere
maleficiis suis. // Verbi gratia
Cum intendebat operari
in rebus pertinentibus ad
saturnum invocabat per nomina
sua vel etiam absque no-
minibus angelos quos pone-
bant servire celo saturni
sive celo eius. Et cum
volebant operari in rebus
pertinentibus ad venerem
similiter faciebant de ange-
lis quos credebant servire
celo veneris. Et ad hunc
modum de aliis utebantur

etiā scripturis et sculpturis
hmoi nomina scribentes ea
vel sculpentes in instrumentis
maleficiorum suorum hoc est in
ymaginibus vel speculis
vel lamīs et rebus alijs
quas maleficijs operibus
adhibebant Sicut testis
latibus testis teis Ecodo°
faciebant operari volentes
in rebus ignis et in reb9
maris et in rebus terre
Sicut evidenter legitur in
libris eorum de hmoi Sicut
in libris septem planetarum
et alijs quos decepti et
perditi aliosque deceptores
et perditores homines / vel
scripserunt ipsi vel demones sub
nominibus eorum Impietas
autem et vanitas hmoi operum
inde evidenter apparere potest
intelligentibus qui ipsa fie
bant eque pro bonis vt ipsa
que bona fiunt vt pro malis
et eo° Omnia enim maleficia
indifferenter eque docent fieri
libri illi pro impediendis
sanctis et iustis hominib9 ac
pervertendis vt pro malis et
impijs Ubi gratia maleficia
fiebant in rebus venereis
eque pro inflamandis libidine
sanctis castissimis que mulierib9
vt meretricibus ac vilib9
et invocandos hmoi spiritus
que fiebant ad bona facien
da vt ad mala omnes si

hmoi spiritus eque adeant hmoi
cultoribus suis in faciendis
malis vt in faciendis bonis
manifesta est hmoi eorum
impietas et iniquitas Si
autem non adeant eis nisi in
faciendis bonis vane igitur
et frustra impendebatur eis
hmoi cultura pro faciendis
malis Quare mendaces eo
nomine sunt et libri hmoi
et scriptores eorum et ipsi dij
secundum ipsos quos revelasse
se talia scripsisse scripserunt
Amplius In faciendis bonis
gratis aut sunt et fuerunt dij
si boni sunt Si enim vel negli
gunt vel deserunt bona facien
tes donec illecti sint munerib9
et sacrificijs mali procul dubio
sunt qui non sponte bona di
ligunt immo negligunt Si non
maleficijs quantacumque illecebre
munerum vel sacrificiorum
illecti faveant procul dubio
mali sunt Quare vtroque
casu contingente mali sunt
hoc est sive bonis non sponte
faveat et ea propter negligat
sive malis illecti munerib9
faveat nullomodo igitur colendi
sunt // Amplius Si iustum
et bonum opus intenditur
quis dubitat omnes bonos
et iustos homines pp̄pacōm
eius et diligere et optare
omnino fortius igitur deos
optimos et hoc gratis pro
semetipsos aliōqn incōpabiliter

tam bonos eos esse necesse est
quam homines // Amplius cum
due gentes bellum habent
ad invicem necessario et alteram bel-
lum et iniustum habet utraque
aut invocat deos suos quid
igitur facient isti dii utrique
Si enim fauent utrique genti sue
igitur alteri vel utrique eorum
fauent parti inique et fovent
in iniusticiam Ex quo duo in-
convenientia sequuntur Primum
videlicet quod iniqui sunt alterius partis
dii Secundum quod contrarie sibi
invicem adversentur et pugnent
contra se invicem pro cultoribus
suis Erunt ergo inter eos etiam
bella et inimicicie sicut
inter homines Et ideo sub-
iecti erunt similibus passio-
nibus hoc est ire et invi-
die et continget aliquos
eorum vinci Quid igitur
distabunt a mortalibus hominibus
Preterea cum ipsi presciï sint
futurorum quid aggredientur
bellum in quo se vincendos
esse presentiunt Aut ergo de-
serent cultores suos in eo
casu et invisibiliter tolentur ab
eis aut sternent se et suos
dabunt in periculo pugne cer-
tamina vincendos se providerat
Amplius aut eque fortes
sive potentes sunt omnes dii
aut alii fortiores aliis Quod
si eque fortes sive potentes
Impossibile autem est fortem
absque forti superari Impossibile
quoque gentem agente superari

nisi dii alterius diis alterius
prevaleant Impossibile igitur
erit inter gentes diversorum
deorum cultrices provenire quo-
cumque bello victoriam // Am-
plius adiutorium deorum
in bellis non est in armis
aut viribus sed in nutu divino
et in beneplacito eorum Quare
quamdiu durat favor et
gratia eorum cultoribus suis
tamdiu et adiutorium Aut
igitur adiuvant quantum volunt
aut non Si sic impossibile
igitur est provenire victoriam
contra quemcumque eorum Quod
si non adiuvant apparet evidenter
impotentia eorum et imperfecta
miseria in hoc quod voluntas
et beneplacitum eorum inuple-
ta relinquuntur quod fieri
non potest absque dolore et afflic-
tione spirituali // Amplius si
bella sunt inter ipsos deos
pro cultoribus suis necesse est
ut sint inter eos et victorie
Quid igitur fit de victis diis
aut capiuntur an religantur
aut in servitute victores re-
diguntur Apparet etiam ex his
mirabilis stulticia omnium
ydolatrarum qui potentiores
deos aut saltem potenti-
ssimum inter eos si quis inter
eos talis est non eligunt
ut colant // Amplius cum
pro bello et victoria illos
deos colunt nisi mars eque
colentibus et venerantibus
ipsum necesse est ipsum equaliter
fauere Si autem tantum

cultur fauet cultoribus suis
Quia propter est impossibile quod de
bellantibus deinuice pro de
uire victoriam Quod si dixit
quis quia dyana etiam pro
bello et victoria colit re
ctam adid quod in proximo
diximus vz si eque fortes
sunt mars et dyana neu
ter per prevenient victoriam
Si aut alter fortior se
quitur reliquum defectus
et miseria atque stulticiam
quam diximus // Amplius
aut pax et amicicia est
inter huiusmodi deos aut non Si
sic necesse est igitur ut unus
quisque eorum amet cultores
dum aliorum et faueat eis
amicorum enim maxime tan
ta amicitia et tam firma
int deos deceret se se inuicem
complectentium manifestum
omnia esse quia Quare
impossibile erit aliquem
illorum vel munera sacrificiorum
vel aliorum oblationum recipe
acultoribus suis ut impe
diat cultores alterius aliorum
Jn hoc enim ageret contra illud
cuius cultores et subditos
impediret Hoc aut non
impedit veritas amicitie
Vane igitur et inutiliter
offeruntur huiusmodi munera
et sacrificia cum non accep
tentur Si vero non est pax
neque amicicia inter eos sunt
igitur in discordia et odio
inter se inuicem Hec aut sunt
passiones pessime quas
diuinitatis bonitas omnino non
recipit // Amplius aut iusto
odio se inuicem oderunt aut
non Si sic ergo mutuo odibi
les sunt / et propter hoc omni ho
nore indigni Si non non iu
sto odio se se oderunt eo igitur
ipso iniqui sunt et mali
et propter hoc magis pena et
contumeliam quam honore ac
sacrificio digni Jam igitur
declaratum est tibi quod ius
cultura deorum que ydola
tria vniuersaliter dicitur stulticiam
esse atque vanissimam et in
deum altissimum impiam esse
atque sacrilegam etc

Post hoc igitur reliquum
nobis declarare in
saniam et vanitate
atque impietate ydolatrie
stellarum et luminum // Dicemus
igitur quia ydolatrie huiusmodi
aut intendebat huiusmodi cul
tu seruire corporibus inanimatis
aut corporibus animatis que
etiam animalia essent aut spiriti
bus forinsecis qui animalibus
huiusmodi aut corporibus preside
rent Quod si spiritibus
eadem est ydolatria huic quam
supra destruximus Quare
non oportet nos in destructionem
eius amplius laborare Si vero
corporibus animatis et animalibus
necesse est huiusmodi animalia / aut

esse rationabilia et intelligentia
aut non eorum si non sunt
intelligentia. Hanc igitur
et ignominiose eis sunt et
neque ipsum suum agnoscant
neque sanctores. Et propter hoc
incommunicationem eorum ullatenus
intendunt. Cultum enim divinum
agnoscere non est nisi rationabilis
anime et intelligentis. //
Amplius brutis animalibus
divinum honorem impendere
manifeste vesanie est. Omne
namque animal rationale nobilius
est atque prestantius subiectis
quod incomparabiliter omni irrationali.
Incomparabiliter igitur inferiori atque
ignobiliori se subicit animal
rationale quod est homo / per ado-
rationem et cultum se subicit
quare ordinem nature intolle-
rabili perversitate subvertit.
Est igitur contra naturam
ista insania / Est quod mani-
festa perversitas // Preterea cum
huiusmodi animalia nec audiant
nec videant adorantes
par idem est ac si surdis
et cecis talia offerrentur
par idem est etiam ac si non
existentes adorarentur ac
invocarentur. Tanta namque
distantia est tantaque remo-
tio huiusmodi animalium a nobis
ut nullus noster clamor ad
eos pertingere possit. Preterea ado-
rationes que mente solum
fiunt hoc est in corde intus
ad ipsos impossibile est pervenire

servare frustra sicut eis
huiusmodi // Amplius ut divi-
tas sit in non intelligente
impossibile est / Hoc enim est quo
potissimum anima humana divinitatis
assimilatur videlicet ipso intelligere.
Inquo autem impossibile est
esse divinitatem. Impossibile
est esse divinum honoris digni-
tatem. Cum divinum honoris
dignitas aut dignitas sit
aut ex divinitate sola servare
impossibile est huiusmodi animalia
digna esse divino honore.
Preterea aut possunt aliquid
boni facere aut non cultoribus
suis. Si non possunt hanc
igitur et insanissime colun-
tur. Si sunt aliquid boni fa-
cere cultoribus suis aut naturaliter
igitur hoc faciunt aut vio-
lenter aut voluntarie. Ma-
nifestum autem est quia volun-
tarie nichil cum voluntas
non sit nisi rationabilium anima-
lium. Si vero solummodo naturaliter
aut violenter manifestum
est quia naturalia et violenta
nec cultu nec muneribus
indigent neque ea sic possibile
est obtinere ab operatoribus
suis hoc est ab aliis que
naturaliter vel violenter operantur.
Summa igitur malicie est extrema
fatuitas et vesania que
evidentia ipsius falsitatis
perspicuam evanescit. Et de-
mum tarde intelligentis
atque bello ratiocinationis

impulsu corruit tunc cum
ad ea que probabilitatis aliquid
habere potuit Et inque etiam
nobiles philosophi platonici sunt
Dixit autem plato in thimeo
quia mundus est animal in-
telligens divine prudentie
sanctorum Et avicenna quia
celum est animal deo obediens
Aristoteles quoque et omnes sequa-
ces ipsius posuit celos ani-
et animas eorum intelligentes
Et unicuique huiusmodi animarum
animatum proprium separatum eiusdem
et vocaverunt intelligentiam
depositum autem spiritualis et
immaterialis virtutis prius esse
non potest esse nisi in natura
intelligente Quare unam
quamque animam huiusmodi nature et
intelligentem esse per eos
Mercurius in libro quem
sepe nominavi mundum vocat
deum sensibilem et etiam pla-
netas Boecius non de anima
mundi loquens dicit mentem
quam profundam circuit et simi-
li convertit ymagine celum Isti
igitur intenderunt celos et
stellas et lunam divina animalia
quedam esse et tanto pre-
stanciores animas corruptibilium
animabus humanis quanto cor-
pora illa celestia corporibus
humanis antecellunt et hac
de causa visum est eis quod
et nobilitate sublimiores
essent hominibus mortalibus
potentia quoque ac sapientia

Plato philosophus

hominum custodes et rerum huma-
narum rectores Et hec causa
est precipue quare honores eis
divinos sacraque et sacrificia
statuerunt Solem igitur et
lunam colebant ut sensibiles
rationabiles et intelligentes
alios quoque planetas similiter
et hoc est quod legitur Sapientie
13 Solem et lunam rectores
orbis terrarum deos putave-
runt et ipsis planetis atque
signis xii orbem terrarum in-
feriorem totum partiti sunt
sicut supra tetigimus
Et marti germaniam Sa-
turno ytaliam cyprum veneri
dederunt etiam et leges et ar-
tificia virtutes quoque et vitia
eisdem distribuerunt Eodem
ornamenta et instrumenta
colores odores et sapores
per singulos diviserunt Vina
et animalia omnis quoque generis
domos ut furnos molen-
dina et quidquid de locis
est vel habitacionibus hominum
animalia quoque eisdem parti-
ti sunt ut animalia grisei co-
loris attribuerunt veneri et
aves ruffi coloris marti
et corvinum fetum phebo
sive appollini lumus et
minores similiter eisdem parti-
ti sunt Et ad ultimum ipsum
corpus humanum per partes
et membra distribuerunt
eisdem Et hec omnia in
libris indicorum astronomie
et in libris magorum atque

maleficiorum tempore adolescentie
nostre nos meminimus inspe-
xisse quecumque aut contra
cultum deorum spiritualium di-
ximus supra etiam contra cultum
istorum deorum sensibilium et
animalium absque ulla dubita-
tione facile est intelligenti
Et etiam eque in destructione
iudiciorum astronomie supra
induximus. Si enim veri dii
sunt nec casus vel retrogra-
dacio neque infortunium neque
combustio neque aliud impedi-
mentum locum habet apud eos
Amplius si veri dii sunt
nutu solo et beneplacito iuvant
cultores suos secundum autem
astronomiam vel astronomos
nichil sunt cum ipsi inter in-
fortunati sunt non liberi
arbitrii // Amplius secundum
astronomos frequenter ipsimet
impediuntur aut casu aut
oppositione fortiorum aut contrarie-
tate signorum in quibus sunt
dominatus aut semper liberati
et invicta // Amplius ad
horam posse et ad horam
non posse fortunari quoque
et impediri alias manife-
sta iudicia sunt defectus et
impotencie // Vera autem dei-
tas in nullis est omnino et
libera ab huiusmodi. Manifestum
igitur est vel astronomiam men-
dacem esse in parte ista vel
nichil habere hec deitatis deos
huiusmodi // Amplius cum sol
et luna ceterique planete

continue motum suorum ad
eos situs et posiciones de-
veniant et ad eas coniunctiones
et oppositiones in quibus necesse est
eos fortunari quoque et im-
pediri quoque et exaltari
vel cadere ut astronomi di-
xerunt atque scripserunt prospe-
rantur autem et impediuntur
res humane iuxta disposi-
tionem ipsorum. Impossibile autem
est non prosperari quod fit sub
fortunata constellatione ipsorum
Frustra igitur et vana sacri-
ficiis et muneribus queritur fa-
vor eorum et placatio frustra
timetur ira vel indignatio
eorundem cum omnino nichil pos-
sint contra prosperas fortunas
aut infortunia ceteraque
huiusmodi dispositiones ipsorum
sequantur continuitate fortu-
naciones et infortunaciones
rerum humanarum alieque huiusmodi
disposiciones illarum. Si enim
mars cadens fuit et in
signo sibi contrario fuerit que
fortiores eius contrarii et ipse
inter retrogradus nichil potest
contra hec sua infortunia
et impedimenta. Quare non
poterit iuvare cultores
suos illa hora vel ad
obtinendam victoriam vel
ad aliud. Inutiliter igitur
illa hora rogaretur ad ipsum
et inutiliter ei sacrificabitur
Amplius autem illa hora

fauet cultoribus suis aut
non fauet Si sic tamen non possunt
eos iuuare / Dolet igitur illa
hora de infortunijs cultorum
suorum quare suis defectus
et impotencia suis quam mi
seria dolorum inuenitur apud
eum tempore infortuniorum suorum
defectum et impotencie atque
dolorum cultorum ipsius Simi
libus ergo miserijs atque
defectibus obnoxius est
et subditus talibus cultor
ipsius Si vero illa hora videlicet
infortuniorum suorum priuatorum
non fauet cultoribus suis
Iniustus igitur est eis cum
ipsi eundem venerari et colere
non desinant et optime ab eo
exaltacionem et liberacionem expecta
bis et ita ingratitudo omnium
viciorum odibilius cadit in
deos huiusmodi Iuxta hunc
modum est racionari de
alijs // Amplius Iuxta
quod superius astronomi et
adherentes tenent et obseruant
certis temporibus vicibusque de
terminatis dominantibus annis
et annorum partibus videlicet gra
dacimus quoque est dominus anni
videlicet si forcior sunt et plures
habens dignitates quam aliquis
aliorum sole ingrediente
inicium arietis et in huiusmodi
modum in partibus Et item in
eisdem annis plus quam minus
dominantur et possunt secundum
quod plus vel adiuti fuerint

ab emolis suis vel ab alijs
vel eciam a dominijs vel tri
plicitatibus atque signis in
quibus fuerint illa hora videlicet
iniciali totius anni quare
manifestum est non eos posse
sicut volunt sed adiuuantur
aut impediuntur quare nec
possunt nec nocent ut dij
sine dominum adiunctorum seu non
iunctorum sed potius ut ipse
impotentes ab alijs adiuti
et ut miseri ab alijs impe
diti quare manifestum est
astronomiam et ydolatriam
sibi inuicem contradicere et
propter hoc alterutram esse vanam
et falsam // Amplius Ista
limitacio atque distribucio
dominiorum seu dominacionum atque
potestatum huiusmodi non est
eis a seipsis Si enim esset
eis a seipsis tunc voluntaria
esset eis restrictio potestatis
sue et diminucio dignita
tum suarum ceteraque impedi
menta Et hoc quidem dominum
est secundum posiciones astro
nomorum tum parum velociter
fugiant seu recedant
a locis dignitatum suarum
seu fortunarum qua reuertuntur
ad ipsa Indifferenter igitur
se habent ad hoc et ad
illa / quare et ad effectus
eorum Quemadmodum igitur
non plus curat ipsi seu a
mant esse in locis digni
tatum suarum atque fortunarum
quam in miserijs vicio et

plus moverentur in illis quam
in giris vero non ita est
Quod si dixit quis quia
violenter recedunt ab illis
sed voluntarie redeunt
ad illa hic est erroneus
ponens hanc confusionem in
motibus vero ponit in parte
esse voluntarios et in parte
violentos blasphemat insuper
deos suos dum concedit eos
de dignitatibus suis tam sepe
deici atque deponi et non contra
potestatem nisi voluntatis et non con-
fe nec erubescit confiteri hanc
esse deorum suorum impotenciam
ut violenter et inviti de suis
dignitatibus atque dominacionibus
incerta in fortuna detur-
bentur // Preterea quis erit iste
violentus deiector eorum
Necesse est indubitanter ipsum
esse impotenciorem et contra hic
multe patent tibi vie / quia
aut iuste hoc facit ille
aut iniuste et si iuste
indigni sunt igitur dignita-
tibus et dominacionibus a quibus
deiciuntur multo forcius igitur
indigni sunt ut in celis aut
pro celis honorentur Si vero in-
iuste sunt igitur velud tyranno
supra se tamen oppressionem pa-
tiuntur Querere sunt illius si
vel spontanei vel inviti et
ideo nec dii nec domini // Amplius
Si autem est huiusmodi limitacio
et distribucio dignitatum
hoc modo scilicet quia alter alterius
potestatem minuit impedit
et restringit et cuique adim-
nat et confortat // Sequitur
hinc evidenter quod inter eos
sit pugna et contrarietas et in-
thilonium quod frustra colantur
et vane tamen nec muneribus
nec sacrificiis nec oracionibus
obtinere possit ab aliquo eorum
ut adiuvet aliquem vel impe-
diat hoc enim inter eos non agitur
nisi cogitacionibus opposicio-
nibus affectibus et aliis que
contra hec eorum vanitas confirmat
Amplius Cum operantur in rebus
huiusmodi planete et stelle et
luna in mundo isto inferiori aut
operantur naturaliter aut voluntarie
aut violenter Et si naturaliter ergo
non plus adorandi venerandi
vel colendi sunt propter hoc quam
ignis naturali calefactione sua
Si violente nullomodo tamen
bonum non violente operanti
illud sed magis violenciam
inferenti et cogenti debetur
et propter illud magis adorandus
ac venerandus alteri eorum
et colendum esset Quemad-
modum si pro bono quod provenit
ex revolucione mole molen-
dinarie ipsa rota adoranda
est multo fortius aqua que
rotam bonum illud efficere vio-
lenta impulsione compellit
cum nullomodo rota sed aqua
dicitur ergo huiusmodi nullo modo propter
huiusmodi bona colendi sunt Si
vero voluntarie operantur
aut hoc faciunt voluntate
solum hoc est nutu et bene-
placito solo sine motu ullo
corporali suo aut non Si sic
tamen voluntas et beneplacitum
non pendeant ex loco dignitatis

ipsorum alioquin mutabiles erunt
voluntates eorum sicut nostre
et etiam plus quam nostre
non enim quia mutamus loca
vel situs ideo contingit muta-
mus voluntates nostras Ipsis
aut accidit illa miserias tu-
mulus et infelicitatis ingerendo
ut nunquam in eodem statu
quantum ad voluntatem perma-
neant et hoc est quod continue
ea velocitate qua movetur
mutant situs et loca Si vero
non sine motu corporali Iam
igitur non operantur ut dii primo
ut homines aut animalia Et eum
est nobilitas deitatis sive di-
vinitatis ut solo sermone et im-
periis bene fit mortalibus Isti
autem erronei ponunt deos
suos indigere motu corporali
et operatione ad hoc ut iuvet
cultores suos Manifestum
igitur est quam longe sit
ab intellectu eorum deitatis sive
divinitatis nobilitas que ex
necessitate habundantissima
gratisque influens soli bene-
placito suo in eos quos volue-
rit bonitas // debebat autem me-
mor esse et meministi eorum
que supra diximus de bonitate
et malicia deorum atque ira
et placatione ipsorum Si enim
boni et iusti sunt gratis
favent mortalibus in omni bo-
no et gratis eorum adiuvant
et tanto magis oderunt
acceptionem munerum omnem
que venalitatem quam sancti
et iusti homines quanto ipsi
sanctiores ac meliores sunt

huiusmodi hominibus repellunt
igitur munera sacrificiorum et
oblationum et indignantur offe-
rentibus Remissior igitur eorum que
supra diximus circa hoc et suffi-
ciunt tibi Verum autem visum
est quibusdam et temporibus
aeris omnesque generationes et
corruptiones que fiunt in ipsis
limi videlicet pluvias grandines
nives estum frigus et ge-
lu fulgura tonitrua et co-
ruscationes omnes que aeris
passiones ab ipsis esse et
insuper generationes animalium
et plantarum non solum brutorum
animalium sed etiam hominum Vide
dicit Aristotiles omnia homo
generat hominem et sol Et
ipsi astronomi scripserunt in
libris suis quia saturnus pri-
mus operatur in generatione ani-
malium in frigidando scilicet et co-
agulando semine generationis
deinde iupiter unde et po-
suerunt eos formatores
et figuratores membrorum
animalium Unde et mercurium
posuerunt concinnare lin-
guam et labia ad expedi-
tionem eloquentie et ione
di fingere duos dentes su-
periores et multa alia huius-
modi circa figuras et formas
animalium et membrorum ipsorum
Verum inquid ita visum est
eis opinati sunt consequenter
ipsos esse honorandos atque
colendos ab hominibus ut po-
te formatores ipsorum ac
fabricatores et ut datores.

serenitatis ipsius aeris pluviarum
et ventorum ceterorumque huiusmodi ex quibus
videtur certa esse et intimeta
morbis Et quia in rebus
vite hominum utiles lune et
certa perpetua sunt magis quam
salubria adorandos eos esse
putaverunt ex quibus ista vi
dentur esse morbis horum
autem omnium facilis est destructio
intelligentibus modos ad
lud Et nunc prosequemur tibi
singula horum que diximus
sigillatim ea destruentes
Quod igitur eis imposuerunt
aeris temperationes vorteque et
pluvias ceteraque huiusmodi non co
git etiam si verum esset ut
propter hoc debeatur eis cultura
huiusmodi que ydolatria nuncu
patur Si enim naturaliter ab eis pro
veniunt quemadmodum lumine
a sole et calor ab igne ma
nifestum est quod non principaliter
divine operationis proveniunt
ab eis Creature non operantur
huiusmodi operationes ut dii propter
illas igitur non sunt reverendi
ut dii neque colendi ut dii
alioquin et panis et vinum
et medicamenta omnia et re
stricta et calciamenta
ceteraque vite humane necessaria
adoranda essent nobis
et divinis cultibus honoran
da cum tam magna bona
tamque salubria nobis ab ipsis
naturaliter proveniant Et ita in
creaturis visibilibus ac sensi
bilibus inveniri posset quod

reverendum esset ut deus colendum
que et reverendum ut deus
et tanto magis colende
essent ac reverende quanto
manifestius bona magni
fica ac salubria operantur
nobis Si autem nutu et bene
placito solo quod operantur nobis
hoc habitaque sunt et quecumque
sit figura vel situs eorum
sive aspectus nichilominus
hec operabuntur Ea enim est ex
cellentia eaque nobilitas divini
tatis ut nec ex loco vel ex
tempore pendeat favor aut gratia
ipsius similiter neque ira aut
indignatio eiusdem Insuper
ea est impossibilitas voluntatis
ipsius ut nec impediri possit
ab eo quod vult nec cogi ad
id quod non vult Creature omni
hora omni tempore eadem sunt
Non pendet igitur potestas
eorum ex huiusmodi nominis aut
libera est neque minus nobilis quod
voluntas eorum pendet ex
huiusmodi Frustra igitur explorant
astronomi loca dignitatum
fortunationes ceteraque huiusmodi
vel contraria hiis Modis igitur
omnibus apparet quia astrono
mia aufert eis divinitatem
divinamque nobilitatem astro
nomi autem sunt qui maxime
effectus eorum explorant et
maxime nosse debent eorum
et ipsis ex huiusmodi operationibus
nichil divine honorificentie
eisdem dixerunt vel etiam
dixerunt // Amplius Egipty

Ubi maxime celi concurrunt
non habet pluvias seu gran-
dines vel alia huiusmodi // Amplius
a tempore quo celi desierunt
in toto orbe Romano et regno
iudeorum atque sarracenorum
nichil horum vel in minutum
vel in mutatum est de pluviis
vel roribus et grandinibus
et aliis huiusmodi ab antiquo con-
nisi forte sicut ipsi astrono-
mi docuerunt de hiis atque
prescierunt aut divino miraculo
prius illud quod legitur Iere. 3o
Quapropter prohibite sunt stille
pluviarum et serotinus imber
non fuit Ubi enim hec beneficia
[illegible] ydolatrie prestabatur
[illegible] moribus [illegible] in quibus
ipsa credebatur cessante illa
debuerunt et cessare non
autem cessaverunt curare va-
nissime impendebatur cultus
ydolatrie diis huiusmodi propter
prenominata beneficia // Amplius
declaratum est ubilibet metheororum
[illegible] huiusmodi scilicet que fiunt
in sublimi ex vaporibus fieri
quos resolvente calore a terra
et aquis et paludibus et
aliis locis ascendunt et prout
quod magis aut minus frigidi-
tate et siccitate facientibus
coagulantur aut congelantur
convertit in nubem nunc plu-
viam nunc nivem nunc gran-
dinem ex hiis fieri Simili-
ter quod copiosiores sub-
tiliores quod sublimius quod ascen-
dentes nunc ros tonitrua

choruscationes et fulgura ex
collisione ipsorum fieri Ad hoc
ergo deducitur ydolatrie quod [illegible]
ut et calorem et humiditatem
et frigiditatem et siccitatem
deificare atque adorare necesse
habeant cum ille quatuor
radicales nunc maxime pro-
ximatas res operentur Et si totum
celum cum stellis et luminaribus
staret in philosophis fieret quo-
niam et pluviarum et aliorum
per quatuor prenominatas virtu-
tes ut apparet apud nos in
[illegible] huiusmodi in quibus operatur
calor manifestius aut apparet
in operibus sublimationis quod
[illegible] est aqua rosacea ubi
[illegible] corporis roris vapor
resolvitur qui cum pervenit
ad superficiem interiorem operculi
[illegible] vasis [illegible] huiusmodi
operatio sic coagulatur in nube
[illegible] deinde in guttas
seu stillas que paulatim
defluentes ad [illegible] operculi
labium ibique [illegible] atque
collecte postmodum ad [illegible]
sive rostrum [illegible] operculi
convenientes atque confluentes
rivulum faciunt Ubi enim ex
calore vapor ex vapore
nubes ex nube stille pluvie
ex stillis ut diximus deflu-
entibus tandem rivulus/
Nunquid est necesse aliquem
planetarum ad hoc operari
Manifestum est quod non
Et nunquid propter huiusmodi opera-
tionem necesse est ut deificetur

ignem subtiliās sublimato-
nis calente aut ipm̄ opculū
uasis ul̄ supficiem eius va-
poris hm̄oi in stillas plu-
uie coagulante quasi plu-
uie datorem pfitm̄ cū hec
pluuia aqua rz rosacea
mlto preciosior sit q̄ pluuia
g'inis aque Cuius aut̄ dubi-
tat qn̄ frigiditas aeris in
sublimi id faciat dem̄bibꝫ
coaglando eas in pluuiam
quod supficies hm̄oi vas
de vapore rosacꝫ Manifestū
est igit' hm̄oi erroneos
om̄o ignaros esse rerū na-
liū Et ppt' hoc multo despicie-
rūt incognicone diu̇alium
Et cum om̄o nō cognouerint
rones g'nationis imbiū
pluuiarꝫ et ceterꝫ hm̄oi nō
est mirꝫ si errauerint c̄ca mo-
dos g'nacionis aialiū Cū
ergo posuerint deos hm̄oi
formatores et figuatores
intollerabilis demencie
ē Manifestum em̄ ē aialia
combiterm et abiuncem
g'nari ꝑ parte Alia vero
ex materijs fabricato vero
et g'nacio impossibile ē ut dicta
de eodem Rems cū dicit
statuas g'nari neqꝫ vasa
que formant' vel figurant'
quolꝫ modo Et g'na' ubi fa-
ber seu fabricator ē nec pat'
nec m̄r nec natiue ē nec g'nacio
Statue namqꝫ ut diximus co-
tente sunt fabris suis et
fabricatone nec genitorem

requirunt aut g'nacionē Quare
nec patres nec matres eciā
in aialibꝫ nec g'nacio Mani-
festum igit' est deos hm̄oi
nec fabricatores esse nec
formatores corpꝫ aialium
Amplius Quod celestia cor-
pora dant formas et figuras
hominibus et ceteris aialibus
Aut hoc est ꝑ virtute corpa-
lem aut ꝑ virtute sublimiorē
atqꝫ nobiliorem Cū si fuit
ꝑ virtutem corpalem tunc nō
debet hoc esse nisi ꝑ formas
et figuras ipsorꝫ Que ad
modum si calidū imprimit
calorem ꝑ virtute sua cor-
palem connecessitate hc' ē
ꝑ calorem suum Et si fri-
gidum frigiditatē et ita
de alijs Quare celestia cor-
pora hoc ē stelle et lumīa
et celi ipi imprimunt formas
et figuras aialium ut di-
cunt nō imprimunt eas nisi
ꝑ formas et figuras suas
Corpus aut g'na' q̄ per
formam et figurā suam
format aliud figurat
aliud nō dat ei nisi forma
vel figuram qualem hēt
Sicut vas aque qua con-
tinet et sigillum cere cui
imprimitur Quare om̄i
aialium forme et figure
spericē erunt cum forme
celestium corpꝫ om̄s sperice
sint // Quod si quis dixit
quia maleus et incus nō
hent formas aut figuras

quas vasis fabricatores im-
primunt Incudem quoque et malleus
et incus non imprimunt huiusmodi
formas aut figuras nisi per
partes primo per particulas et
particulas huiusmodi formas aut
figuras sicut divisim seu
particulatim non in totalitate
qua apparent in vase licet in
sentencia ista philosophorum sit
quomodo aliquo per violenciam
cum est operacio fabricatoris
et per multas aggregaciones
particularum operacionum et non
per virtutem sola mallei et in-
cudis Virtus autem agens
anima est fabricantis in qua
alia forma est cuius simili-
tudo vasi imprimitur et quia
per formam illam agit fa-
bricator ideo similitudo
eius imprimitur Eodem modo
necesse est esse et in corporibus
celestibus si per formas
aut figuras suas fabri-
cant hoc est formant et fi-
gurant animalia // Amplius
huiusmodi operacio in celesti-
bus corporibus aut naturalis
erit aut voluntaria cum
violencia apud deum locum
non habeat / Et si fuerit
naturalis cum omnis operacio
naturalis per similitudinem fit
ut dicit Aristoteles libro Di per formas
aut figuras suas est huiusmodi
operacio conformitate non im-

primit nisi formas et figuras
similes suis hoc est spiritales
Quod si fuerit voluntaria non
erit igitur apte corporeitatis
ipsorum hoc est per virtutem corporalem
Voluntas enim virtus spiritualis
est Et propter hoc divinitas in eis
non erit nobilitas corporum
sed presidencium huiusmodi corpori-
bus animarum quas quidam con-
vocant animas angelicas //
Hinc autem error contradicitur per eas
vias quibus superius contradiximus
ydolatrie spirituum // Amplius
Si naturales sunt operaciones ce-
lestium corporum hoc est celorum
stellarum et luminum naturaliter
autem semper operatur admodum
servientis / et propter hoc similiter
Manifestum est quia ex
huiusmodi operacionibus non debue-
runt tales reputari dii //
Quemadmodum ex servitute
nemo debet reputari dominus
nec ex nigredine albus / aut
ex calore frigidus // Iam
igitur declaravimus tibi in hoc
non solum errorem quo per
dictas speras opinati sunt esse
deos sed eciam deliramentum
ridiculosum quo corpora servi-
tute ipsas esse deos puta-
verunt / et insuper quia in opera-
cionibus naturalibus que non
nisi servitutes esse possunt
omnino tota fuerunt Est enim
conformitate semper sublimis
et impiosa vera divinitas

continuitate inquantum essentie
sue. Ipsi autem extrema omnium
virtutum finitarum et divinitatum
huiusmodi celestibus sunt esse
arbitrati sunt. Extrema quidem =
propter omnium finitarum finitus con-
natur. Et hoc est quia lon-
gissime est altitudine et ma-
xime differentie ad illa. Opera-
tio enim talis ignis videlicet
calefactio nichil omnino habet
in potestate ignis. Non enim est
in igne ut plus vel minus
vel aliter calefaciat vel non
calefaciat cumque non. Sed ne-
cesse habet et quantumcumque potest
et quidquid potest et qualitercumque
potest. In nullo autem que supra
corpus potest ista universalis
necessitas videlicet ut nichil posset
detrahere vel addere cuicumque
operi sue virtutis. Quare ma-
nifestum est sublimitatem
divinitatis istos deicasse in in-
finitum virtutis et quievisse in
eisdem corporibus duas extorquere
extrema videlicet ultimum subli-
mitatis et ultimum inferioritatis
ultimum improprietatis et fini=
titis. Ultimum enim sublimi-
tatis et ultimum improprietatis
divinitatis sunt contraria et in-
compossibilia. Quare im-
possibile est contraria eorum
ad ipsum attingere. Amplius
si naturales sunt huiusmodi opera-
tiones tunc virtutis subiecti una
sit natura erit continuitate
tanta diversitas atque multip=
licitas operationum non propter con=

huiusmodi corporibus sed patientis
et actoris. Huiusmodi enim et pro-
pria natura omnia naturaliter
operantur una est semper
operatio propter. Quare si mul-
tiplicentur aut diversificentur
operationes erit hoc patientis
et actoris. Iste igitur opera=
tiones que sunt in mundo isto
inferiori aut sunt omnibus diis
huiusmodi quales videlicet ut eas sibi
operentur et concordet atque natu-
aut singulis sunt proprie
ut libet aut istorum sunt mu-
tabiliter detrimenti mundi
istius inferioris propinquos nec
habent in potestate aliquid mu-
tare postquam naturaliter et ideo
similiter operantur. Si quid igitur
inchoationibus in rebus huma=
nis ultra hec aliorum ex horis
contingit non erit hoc ex volun-
tate vel intentione deorum huiusmodi
sed erit ex accidente et casu
et ita non erit eis imputandum
sed casui aut fortune.
Quare non erit deorum bene-
ficium reputandum similiter
neque si quid deteriorationis
aut adversitatis cuique hoc
contingit eorum ire imputandum
non erit. Nec bona igitur
nec mala rerum humanarum
deorum gratie vel ire im-
putanda erunt. Quare propter
hoc nec venerandi vel cole-
di. Et ideo nec placandi
dicunt si quis dixit quia
corpora huiusmodi colenda sunt
et veneranda amoribus

pro eo quod et si non auctores
sunt mobilium neque fabrica-
tores tamen instrumenta
sunt fabricacionis et for-
macionis eorum diis in mor-
talibus. Idem est ac si diceret
quod non solus figulus adoran-
dus est a fictilibus sed et
rota ipsius ex quo sequitur
quod et huius omnia de causa
et omnes cause mobilium
potissime quatuor que prin-
cipales sunt adorande est
ex communitate mobilibus et ita
materialis et formalis que
sole cause essenciales sunt
hoc est deceremus cantores
Adorabit ergo unusquisque
mobilium corpus suum quod est
causa materialis et animam
suam que est eius formalis
ex quo eciam sequitur quod tenetur
cole et adorare singulas
suas partes cum singule partes
cause sint cause totius ma-
nifestum igitur est ex hiis quod
causalitas per hoc quod est causa
litas non cogit causatum
ad debitum adoracionis et
cultus causis Relinquitur
ergo ut quedam causalitas
adoranda sit et non omnis
Non enim naturalis causalitas
ut diximus neque violenta
neque voluntaria nisi sub-
limis et nobilis // sublimis
scilicet hoc est libere et impedi-
bilis potestatis nobilis hoc est

consimile et nulla corpore venal
bonitatis hoc enim est cui se to-
tum semper debet causatum // Am-
plius cum non debeatur cultus
nisi bone dimitatis Causa ei
debendi cultum propter aptere ei-
cui debetur sola dimitas est / cuma
re si aptere corpus hoc est vere
corporeitatis sue debetur pro-
maius suis cultus huiusmodi
concorditate eis esset / aptere
corporeitatis dimitas omnia
nichil esset eis nobilius quam
ipsa eorum corporeitas et ita
neque anime essent neque viuen-
tes Incomparabiliter igitur minus
nobiles essent cultoribus suis
qui utique viventes et intelli-
gentes sunt similiter Et propter
hoc incomparabiliter magis reputan-
tandi sunt dii et magis ado-
randi atque colendi comparatis
suis quam ea // Amplius neque
corpora mera hoc est in anima
aptere corporeitatis sue sunt
nosse vel diligere vel odire
cultores suos // omnia aptere
illa nec placari neque ira-
sci neque ullo genere affectionis
moveri in ipsos cultores
Non autem impendendus est eis
cultus nisi propter impetrandum
favorem vel placanda ira
Aptere igitur illa nullus est eis
cultus impendendus sed op-
tet nos laborare ad destruen-
dum cultum ydolatrie in
corporibus omnino in animatis cuius
verba suprapositas ad hoc propter sufficiat

et omni intelligenti intelli-
gibilia adeo indictopus sit
ut qui illum colerent non so-
lum pena indigere sed sepu-
ltura carere penitus videant
Adorator enim lapidis et
ligni seu cuiuscumque alterius
huiusmodi ipsa adoratione confitetur
et testificatur viliorem se
esse ligno et lapide Et per
hoc adorator lutee ymaginis
luto viliore se esse confitetur
Consequenter autem et vitam
et animam et intellectum et ro-
se habere negat Ipsa quippe
adoratione huiusmodi confitetur
se nichil nobilius vel habere
quam sit id quod adorat et
per hoc confitetur se non esse
hominem etc. Sequitur
De ydolatria elementorum

De ydolatria elementorum

Post hec loquemur
de ydolatria eleme-
ntorum cuius pars prima
est cultura ignis Secunda
cultura aeris Tertia cultura
aque Quarta terre Et ydo-
latria quidem ignis in caldea
vigebat tempore abrahe pa-
triarche quam ut tradi-
tiones hebreorum babiloni-
um colere volentes in
ignem miserunt pro eo quod
ignem colere detestabatur
Unde ille puniri cum omnipot-
ens deus servavit et de igne
liberavit ut potest cultorem
suum fidelissimum et hoc est quod
legimus quod iam crebro legitur
in scriptura sacra quod abraham
liberavit deus de ur caldeorum
Ur enim interpretatur ignis Pro-
pterea autem dicit Esdras in ix.
Neemie in oratione sua ad
deum Tu ipse domine deus
qui elegisti abraham et edu-
xisti de igne caldeorum Quod
autem ignem coluerunt vanitas
ydolatrarum propterea legitur
Sap. 13° ubi dicitur de ydo-
latris quod neque operibus
attendentes agnoverunt
quis esset artifex sed aut
ignem aut spiritum aut citatum
aerem aut girum stellarum
aut nimiam aquam aut so-
lem et lunam rectores orbis
terrarum deos putaverunt Quod
autem eos ad istam insaniam
induxit non parva habet dubi-
tationis et admirationis
Si enim ignem istum quem
colebant intelligebat ignem
elementum qui utique corpus
mortuum est id est vita carens
et omnino inanimabile et vivi-
ficabile secundum videmus quod opera-
tiones que ab igne fiunt
aliud eos inducere potuit
nisi operationes que ab igne
fiunt et quas ipsi attribue-
runt Calorem enim vitalem
qui vita quedam est seu quo-
dam vite principium illi
attribuerunt dicentes ab inde
esse calorem huiusmodi // Ab illo
etiam dicebant esse lumen
et alias innumeras utili-
tates que ex operationibus
caloris proveniunt Quia in-
sania vero igni quem

videbant ab aqua cottidie
extingui et subtractione
lignorum aut alterius materie
deficere diuturnitate attribuerat
non est facile videre Non enim
verisimile est ut deum
estimaret id esse quod tam
facile extingui tam facile
deficere conspiciunt // De igne
vero elemento qui superna
tat aeri quod illum colerent
quem omnino non videbant
non est verisimile Qualiter
enim innotuisset vulgo cor
pus huiusmodi quod vix a philosophis
inventum est Deum qui paulo
ante deas infamias eorum
cogitat non mirabitur si in istam
dementiam inciderunt
Qui enim credere potuerunt
lignum combustibile et yma
ginem luteam tam facile
confringibilem deum esse
non est mirum si eo usque
delirare potuerunt ut ignem
crederent deum esse cuius
virtutem videbant fortissimam
et operationes eius necessa
rias ac salutares In lu
strationibus autem et aliis
superstitionibus que fiebant
per ignem vel ad ignem non est
dubitandum ludificatio
nes multas fieri per fal
sas sanationes puerorum
quibus et suadebatur
et firmabatur credulitatis
istius dementia et super
stitionis istius observantia

Cuius apud nos multe extant
reliquie et plures apud ydo
latras Quod quidem enim vetule
insensate comburunt fatuis mu
lieribus vel ipse vel ex liberis
suis decuplicando igne
vel decuplicandis ignibus
vel de accipiendo torribus con
textibus vel ex ix ignibus
vel alio quocunque numero ignium
seu focorum totum est dereli
ctum ydolatrie istius et
demonis amorrei dicitur et quod
foci fiunt temporibus tempore
solsticii per quos vulgus hoc
facit in nativitate beati Johannis
baptiste Quod enim sicut fieri cre
dunt in memoria combustio
nis ossium beati Johannis bapti
ste minus est necesse enim veracius
est sancti Johannis combustio ossium
canum et equorum nec ipsi qui
hoc faciunt sic intendunt
Preterea apud eos et insipienti
bus fit hoc solis // simpliciter
In multis locis fiunt huiusmodi
foci de solis lignis preterea
lustrationes et tota supersti
tiositas fere que de hoc
remansit apud nos fit in
huiusmodi ignibus et maxime
credunt ignes illi virtutem
habere unde et suspiciones
et temptationes eorum fiunt ma
xime illa nocte pro ullis
aut ursinis et adfatra solis
talia pertinent ad hanc super
sticionem pertinet foci illi eis
in eadem nocte facere convenerit

in quibusdam regionibus ho-
mines Docent enim ad instanciam
facculas accensas quia super-
sticiosum non est dubium ad sacri-
ignis pertinere licet cultura
ignis non intendat qui
hoc faciunt Eodemmodo et
foci qui fieri consueuerunt in
vigilijs epyphanie que est
quinta dies ianuarij per quos
credunt insipientes se con-
tingere et estimare pestem
incendium Et hoc etiam ritu
ortum habuisse videntur com-
bustiones mortuorum quibus
consueuerunt comburi maxime
magnates Et ergo derisibile
est de hoc supersticioso ritu
hoc est quod ignis dicebatur
tam ipsi corporis ignem
vel igniturum quam ipse
spiritus quem credebant deum
ignis cuius nomine deindu-
stria pertinens Quemadmodum
cupido et ipse amor et
deus amoris dicitur et thetis
quam ipsi mare et deam ma-
ris vocant Quemadmodum
ergo neptunus et thetis
in mari colebantur sic et
istum in igne quemadmodum
illos in mari tamquam deum
et deam maris sic et istum
in igne tamquam deum ignis
et generaliter unusquisque deus
in eo colebatur quod ad suam
cominuam? pertinere credeba-
nt dyana in siluis et la-
res atque penates in laribus
atque penatibus Et huius

ortum ex hac supersticione
ludificatio piromancie hoc
est diuinatio in igne que vel
ex sonitu ignis vel figura
lignaris eius fieri solebat
et maxime in ignibus qui
propter huiusmodi cultus fiebant
Et hec diuinatio per omnia alia
propter causam dedit huiusmodi
ydolatrie per supersticiones
Invaluerat autem adeo in terra
canaan et in egipto et
in vicinis regionibus ut
necesse fuit eam prohiberi
tam crebro et tam distinc-
te in lege hebreorum Et ad
eam recurrebat maxime
pro lesionibus que ab igne
proveniebant vel sanandis
vel precauendis quasi li-
bera virtute sua ignis
vel lederet urendo vel sana-
ret a lesione cessando
Iam autem declarauimus quod
operacio ignis in urendo vel
calefaciendo non solum
similis est sed eciam extreme
finitur et in qua omnino
nichil potestatis habet ignis
Et propter hoc longe a nobi-
litate et sublimitate
diuinitatis in ultimo elon-
gacionis que destructio
sufficit hanc supersticionem
subuertere De ipso vero spiritu
quem ponebant principem
et deum ignis quid ha-
beat veritas vtrum videlicet an
aliquis spiritus sit princeps
ignis qui presit ei et ro-

gat eum et de aliis elemen-
tis similiter ad aliam curiositatem
pertinet enim et hic respondemus
dicentes quod huiusmodi ipsius cultura
ydolatrie impendenda non
sit iam in precedentibus de-
claravimus manifestum autem
est quia ignis magis ado-
rari debeat paleis et sti-
pula et ligna arida et
folles et insufflationes
eorum et cineres quibus tegitur
ne extinguatur quam adorari
aquis Ab hiis enim et aliis
generatur et per hoc subsistit //
Amplius non magis potest
ignis adoratoribus suis
quam extinctoribus Eque
enim utrosque consumet per utique
mecum miscentur // Videtur
autem Aristotiles plus huius
superstitionis auctor extitisse
qui nec veritus est ut cen-
suit ponere principium rerum
ignem esse Processerunt
istam ydolatriam quicunque
crediderunt celum ignem
vel igneum esse Celo enim
et celestibus divinitatem attri-
buit antiquitatis vanitas
sicut et elementis que non
est nisi vere divinitas Et
in hiis non oportet nos am-
plius immorari ¶ Tercio
iis prius culturam impedit
antiquitas quia et divini-
tatem similiter deo credidit
insania hominum proditorum
qui et principium rerum
ipsum esse delirarunt sicut
supra ostendimus ex 13 Sapie(ntie)
Quia etiam vitam nobis hic
existens et spiritum comprimavit
propter spiracionem et respiracionem
Deinde quia nubes pluvias
et rores ipsum ministrare cre-
didit Ex quibus fruges et
fructus et vegetabilia vivere
et nutriri ac crescere videbatur
Ipsum tonitruum etiam vocem
eius esse credebat et quia
aedes terrificata erat ipsam o-
pinati sunt esse vocem di-
minatem moribus et iram
eius minantem quia seque-
tia fulgura nisi placaretur
indicabat Error autem istorum
manifestus est et ignoran-
cia similiter omnis enim nescit
sicut super tegimus generatur
nubium pluvias et rores
scienciam non tonitrui et ful-
gurum nec cogitaverunt Certum
enim est quia tonitruum sonus
est collisionis ventorum et
extinctionis ignis in nube
Quemadmodum qualem
sonitum efficit ferri candens
in aqua frigida igitur ex
collisione est sonitus sequens
ex extinctione chorruscationis
splendor est ignis qui generatur
ex collisione / Fulgur idem
ignis est quem violencia
collisionis deorsum emittit
cum propter acumine subtilitatis
et vehemencia caloris cor-
pora inferiora nulla duricia
sua resistunt Ideo autem
processit ydolatria quarum

elementorum quod etiam nonnulli
eorum mirabiles virtutes attri-
buerunt et scribenda et in-
notanda esse certis cum pertibus
in maleficiis operibus statuerunt
Anima vero vita non minus
mittitur esta quam de nec-
essitate ea indiget Cur non sit
et omnem graciam colendam
et adorandam esse non sunt
posuerunt magis aut cole-
dus et adorandus esset
pulmo in nobis tamquam virtute
aeris sit vitium non enim spote
aer se ingerit sed virtute pul-
monis attractus // Amplius
per violenciam et motum sum-
malem illum attrahimus
quare magis violenciam
et ut ita dicamus rapina
nimia aspiratione et respi-
ratione patitur quam posset
sufficiencia aliena cum
vi et violentia contrahitur
abacere quidquid nobis in
parte illa acquiritur et non
eius sufficit voluntate Eodem
modo est disputandum contra
ydolatriam maris et terre sive
ipsis corporibus impendatur
sive spiritibus quos eis
preesse autumabat adequa
destinendam hec et pre-
missa sufficiant et sequitur

De ydolatria ydolorum

Hinc ergo transibimus
ad ydolatriam ydo-
lorum ydolis igitur
duobus modis impendebatur
cultus videlicet mediatum super
se mediatum super ea quorum

ydola erant Cum enim di-
xerit in 32 Exo. ad aspectum
vituli aurei quem conflaverat
aaron hij sunt dij tui israel
qui eduxerunt te de terra
egipti adorasse illud super
se videntur cum liberationem
suam ab egiptiaca servitute
attribuebat que fuit omnium
dementiarum extrema Si
quis aut querat quare po-
tius vitulos vel tunc vel
postmodum adoraverunt
populus hebreorum quam alterius
forme vel figure ydola
credunt aliqui quia non
intendebat aaron conflare
eis vitulum sed de auro
liquefacto et fuso vitulus
prodiit casualiter Sed est
preter intencionem ipsius. Alii
multi aut credunt quod
preco prodiit forma vituli
quem thaurus signum erat in
ortu et caput eius
ascendebat / Et hij sunt
de opinione eorum qui ob
figuras animalium celestibus
corporibus attribuunt Alij
aut videbatur quod forma
vituli petiebat sibi con-
flari ab aaron Et hoc
propter consuetudinem egiptice
ydolatrie ubi adorabatur
serapis qui in forma
vituli apparuit apparere
egiptijs et hoc sonat
textus in 32 Exodi ubi
ita legitur Formavit ope-
re fusorio et fecit ex eis

vitulum conflatilem per que
verba fortune et casus eius
ter concludunt. Alijs autem
videtur quod in vitulo illo
conflatili tolle intenderent
thauru celestem i. signum
de quo fecimus mencionem
tamquam summum signum suum
et a quo tota fortuna et in
fortunium eorum penderet
Opinati sunt namque aliqui
de astronomie professoribus
tantum signum esse regni
et legis hebreorum eneas
modum et saturnum planetam
eorum / de quo supra fecimus
mencionem Stelle autem satur
ni veneracio et cultura
apud barbaros mirabiliter
inolevit antiquitus et ad
huc sporcissimas gentes
et barbarissimas gog scilicet
et magog viget atque conti
nuatur. Unde et lingua
sua vocat eam martolon
id est stellam deorum // Verisimile
autem est hoc quod in ydolo illo
thauri vel vituli colebatur
thaurus celestis propterea quod
dicit dominus deut. iiij°
ubi cum continuatur prohibeat
adorare quascunque similitudines
piscis volucris reptilis
quadrupedis subdit causam
prohibicionis sue dicens
ne forte oculis elevatis
ad celum videas solem et

lunam et omnia astra celi et
errore deceptus adores ea
et colas // Verisimile autem
est et pietati fidei consonum
dyabolum non parvissimum fuisse
ut de altius animalis similitudine
adoranda populum illum temptaret
Sunt nec palam aliud animal sumpsisse
putes quam pro serpente habere
decamsa videlicet ut verba serpentina
suspecta haberent et pomum ore
serpentino sibi porrectum
vel oblatum abhorrerent ma
gis venenatum illud atque
mortiferum quam salutare
vel utile suspicantes Sic et
in ydolatria nostri temporis
sub forma cati nigri vel
buffonis apparere perhibetur
lucifer cultoribus et ado
ratoribus suis et ab eis
exigere deosculaciones altam
abhominabilem videlicet cati sub
cauda altam honorificam
buffonis scilicet in ore ut ipsa
abhominacio et horror hui
formarum eos a tanta vesania
avertat Sic tamen animal illud
videlicet bove vivum sibi tam officio
se fuisse conspiceret ymagini
eiusdem mortue sive eius
beseret ymo dum ipsi veri
tati huiusmodi animalis se tanto
impio demum conspiceret ut ipsam
et vincire et mori usibus
suis videret similitudini eius
que ea ingrabit inferior
ac vilior est subici tam

unpia similitate dedignaret
vel propter hoc quia ipsum sempiter-
nis cultoribus suis egiptiis in
auxilii nichil penitus ferre
potuisse paulo ante cogno-
verat cultura eius ut po-
te vanam et inutile decli-
naret. Quomodocumque autem modo
adorarent huiusmodi ydola sive
esset sive propter se sive propter ce-
lestes formas sive propter spiritus
in eis habitantes iusta iam de-
structa est ydolatria eorum
postquam eius declaratum est
quia nec ipsis spiritibus nec
ipsis formis celestibus // de-
claratum etiam est eius hec quia
nec alicui impendenda erat
ydolis propter illa multo magis
illis impendenda esset quam
propter unum quodque id magis et adhuc
aut illis ydolis in se vel
propter se impendendum sit magis
quam veritati cuius ydola
vel ymagines sunt impendendi
inequa debitis que sit honoris
et venerationis quam credit con-
sequitur credere. Sed nec melio-
rem esse incomparabiliter similitudinem
ipsa veritate et signum re
et pictura vel sculptura
quemadmodum et auxilium quod
nec ipsa veritas prestare potest
posset aut movere aliquem
quod ipsa ydola visita sunt
et aspectu suo terrore intu-
entia hominibus maxime
devotis et solis quibus
tamen homines quos ymagi-
nes sunt ultimum terrorem

incuterent. Unde timor huiusmodi
nulla est virtus nisi apte
matice sue. Et nos videmus
in hoc quia si huiusmodi timor
debet quemquam inducere
ad adorationem ydolorum indu-
ceretur multo fortius ad ado-
rationem corporum mortuorum //
Visio ergo virtus unius visi-
ta facit ydola vel mortuos
sicut neque spirantes sed
horret ira humana morte
in cadaveribus mortuorum
et mortis similitudinem
in ydolis talibus aut tales
alias in hoc assignabimus
Consequenter autem huius dest-
ructis destruimus ydola-
triam ymaginum secundum omnem
modum et faciemus sicut
quantum erravit Iulius qui
eas deos facticios mentitus
est et virtutem divinitatis eis
attribuit et declarabimus
verbum illud apostoli in prima
ad Corinthios quia ydolum
nichil est. Iam autem distin-
ximus in precedentibus quia
ymagines iste modo duos
modos intelligunt: alias
enim ponunt habere spiritus inhabi-
tantes in quibus multa le-
gunt in gestis suorum sicut
de Astaroth et Beerith alias
vero divinam virtutem adeptas
ex verbis quibusdam et ad-
mationibus quasi ex quadam
consecratione et de primis
quidem nos querimus a vobis
qualiter intelligat spiritus in-
habitare huiusmodi ymagines

Si enim spiritus huiusmodi sint corporei
vel corpora cum ymagines iste
omnino solide sint et nichil co-
cauitatis habentes manifestum
est impossibile esse habitacionem
quam ponunt Et hoc est quia
corpus non intrat corpus
non habens aliquid vacui vel
concauitatis quod faciat diuisionem
continuitatis corporis frangi vel
dissolui esset necesse huiusmodi yma-
gines cum subintrarent hos
spiritus Si non spiritus sint incor-
porales et omnino insensibiles tunc
manifestum ridiculum est
ponere habitacionem eorum in corpori-
bus huiusmodi enim spiritum in corpore
esse localiter error est sine
intellectu nec possunt dicere quemad-
modum sunt spiritus huiusmodi in yma-
ginibus istis quemadmodum
anime in corporibus Sunt enim
in animabus animalium vires seu
virtutes ad corporales operaciones
quasi organa siue instru-
menta Unde visus in oculo
sicut virtus in instrumento
sue operacionis et anima in cor-
pore sicut virtus in instrumento
vniuersali omnium suarum operacionum
omnium inquam quas habet in
quantum anima hoc est quas habet
exercere per id quod animat huiusmodi
autem spiritus nichil operantur per
huiusmodi ymagines ut per orga-
na Unde non mouent labia
vel linguas huiusmodi ymaginum
quando dant responsa et videntur
loqui hominibus quare nec
membris ymaginum vtuntur
ut organis Non igitur habitat
ibi ut virtutes in organis Sic
est ut operantes in illis vel per
illas Quare superuacue sunt
eis huiusmodi ymagines quantum
ad operaciones et magis super-
uacue quantum ad inhabitacionem
cum nullo corporali habitaculo
indigeant nec eo etiam
vti possint ut habitaculo
Quare manifestum est ymagines
huiusmodi nichil amplius coo-
perari spiritibus vel ad dan-
da responsa vel ad alia que
spiritus cultoribus suis facere
videntur Et propter hoc ydola
nichil esse in virtute vel opera-
cione manifestum est Sed
hec sola responsa efficiunt quod
honor et veneracionem sunt spi-
ritibus quorum cultum faciunt
declaratum etiam est in hoc quia
nec in ipsis nec per ipsas lo-
quuntur spiritus vel quid quam
operantur Et ideo verbum
inhabitacionis id est quod dicunt
huiusmodi spiritus inhabitare ydo-
la apud huiusmodi homines
verbum est sine intellectu
cum in parte ista non in-
telligant quod loquuntur
Similem errorem habet verbum
reclusionis spirituum quo di-
cunt Salomonem inclusisse omnes de-
mones in fiala vitrea
et quod recludi credunt

nisi speculis aut similibus lapidibus
quod quidem nulla consignatione
nulla clausura nulla obstruc-
tione vel obturatione audi-
tum fieri posse certum est in
substantiis omnino incorporalibus
Similem aut imbecillitatem
intellectus habuerunt erronei
qui animas humanas in morta-
litate destrui opinati sunt
philosophi quia si includeretur eo
in vase vitreo illam scilicet
rimulam illam aperturam
nullam omnino foramine tamen
huiusmodi hominis anima non haberet
inquiunt quod exiret continue
retineretur in vase illo nec
ascendere posset in celum nec
descendere ad inferos / de hiis
igitur manifestum est quam
imbecilles intellectu fuerunt et
quam longe a cognitione
nature substantiarum incorporalium ac
spiritualium // Iam enim declaravi
et suo loco latius declarabo
rationem qua etiam corporibus
nostris glorificatis resistere non
potuerunt alia corpora nec
prohibere ullomodo motum eorum
qui transeant per illa etiam sine
divisione et lesione ipsorum
per quem transire ea contingeret
Multo fortius igitur animas
humanas nec retinere possunt
corpora nec ullomodo prohibere
quin exeant et ascendant in-
celum vel descendant ad in-
feros per modum quo ascensum
vel descensum habent in=

telligi de huiusmodi substantiis // Am-
plius Cum non sit manifestum
quod resistentia huiusmodi et re-
tentio quas isti despicien-
tes somniant non sunt nisi
per contactum nec ipsi eas aliter
fieri intelligunt Contactus
autem non corporis ad corpus ma-
nifeste impossibilis est Cum autem
manifestum est eos ponere
animam humanam corpoream esse
seu corpus aut somniare
contactum quem illius intellectus
nisi delirus recipit // Amplius
Cum corpori in motu suo non
possit resistere nisi corpus quod
spiritualibus substantiis in motum
suos resistent corpora que in
comparatione infirmiora sunt et de-
biliora quam ipse Et quidem
sicut tetigimus natura spiritualium
substantiarum non facile innotescere
potest hominibus tam brevis in-
tellectus quia etiam sapientes
admodicum penetraverunt
illam et non dum profunda-
verunt in ea nec tractatum
aliquem de ea scripserunt
qui ad nos pervenerit excep-
to solo avicebron qui et
simulata sublimia et longe
a vulgari intellectu de eis et
dixit et scripserit multo am-
pliora tamen dicenda de eis
et scribenda reliquit et etiam
de hiis licet aliquatenus in-
choatam procul tamen a co-
plemento et perfectione dimi-
sit // Debes igitur scire quia

verba et nomina que motus
corporales cum corporibus corpo-
ralibus dicuntur significatione
cum adhuc huiusmodi verbas transferuntur
aliis significationibus et intellec-
tibus aptanda et applicanda
sunt. Vero enim patitur spiritualitas
et incorporalitas eorum vniuersa-
tem hoc est vnitate vocacio-
nis in illis. Sicut palam fa-
ciemus intitulatur decepis vnde
aut veritatem ad id in quo eciam
et dicamus quia ydolum siue
ymago in nullo corporis ad-
iuvat spiritum ad loquendum
vel dandum responsum sicut
inperte videre potes ex hiis
que diximus et in superioribus probatur
quod non minus aperte mon-
mus clare loquuntur vel dant
responsa eciam sine ydolis
sicut inuenimus in amulis
inspeculis in vnguibus pue-
rorum et eciam sine hiis omnibus
in medium. Attende autem quod
nos dum patefecimus tibi
intellectum verum de hoc quod
dicuntur loqui et dare respon-
sa huiusmodi verbis sed verbis vul-
garium hominum nos vtimur inter
nos et intencionibus quare quibus
non subest veritas huiusmodi
sermonibus nec subesse potest
ex hoc satis faciemus mani-
festum. Igitur iam ex hiis
quia ydolum revera nichil
est in eo sed in quo creditur
aliquid esse hoc est in numine

vel virtute locutione responsione
occultorum revelacione seu di-
vinacione. Illo enim subtracto
ipse nichil decipit cuiquam
predictorum quia nichil amicle-
ptat ex aliquo quod ipse habeat
ad predicta. Sed sola adoracio
que est in mente adorantis
et colentis ydolum perpetua
spiritus inducitur ad ea que diximus
facienda. Unde prudenter
deus altissimus non de altero
duorum cherubin qui stabant
super propiciatorium sed de me-
dio amborum responsa dare vo-
luit filiis Israel ne daret
eis occasionem colendi alterius
eorum quedam aut eorum
ullam habebat ymaginem
propter eandem causam. Si quis
autem querat vnde ista in-
sania in animabus humanis vel
in spiritibus spiritualibus vt ado-
rari et coli appetunt et eciam
ymagines seu ydola sibi
fieri sicut expresse legitur
de Nabugodonosor in 3o Danielis
qui statuam auream sexaginta
cubitorum altitudinis et sex
cubitorum latitudinis sibi
fieri fecit et erexit eam
in campo vna statuens e-
dicto publico sub pena sup-
plicii eam adorari ab om-
nibus tribubus et linguis
et populis qui suberant eius
imperio ita vt qui eam ado-
rare contempneret eadem
hora mitteretur in fornace

ignibus ardentibus sicut legitur
Dan 3o dicitur et Gaius cesar
precepit sibi statuam fieri
et eam erigi in ipso templo
domini in urbe ut narrant
hystorie In quo videmus
quia totum hoc provenit ex
peruersitate corruptionis qua
diximus Sicut enim anime
nostre ex illa peruersitate et cu
piunt et querunt delectari
peruerse quantum ad vim concupi
scibilem sic peruerse honorari
quantum ad vim irascibile //
Amplius Innatus est magis
nobis naturaliter amor diuine simi
litudinis et eiusdem desiderium
quod unusquisque intior suo ar
tifice sit in anima sua perfectum
eius amor et desiderium beati
tudinis naturaliter nobis innata
sunt et indita sicut et fuga
miserie Beatitudo autem nostra
est in similitudo sua sive
assimilacio creatoris Cum
igitur huiusmodi amorem et deside
rium peruertunt tenebrositas
atque corruptio in quibus
sumus Querimus non tam fal
sam assimilacionem sive simili
tudinem eiusdem quam etiam
impiam atque sacrilegam
Sicut falsam beatitudinem
in voluptatibus falsam opu
lenciam in diuiciis temporalibus
seu terrenis // Amplius
si propter dacionem responsorum seu
divinacionum quas facere vi
debantur huiusmodi spiritus in ydolis
adoranda erant ydola vel

colenda ergo et gemme que
nec sculpturam habent neque pic
turam et specula de quibus
diximus et ungues puerorum
et pelles et enses et ossa
et manici eburnei caldeorum
adorandi erunt atque colendi
In omnibus enim hiis dicitur esse
spiritus dare responsa et figura
mandal sive almandel ado
randa erit atque colenda
et speculum quod dicitur apollinis
maxime in quo videntur dari
responsa depictis partibus et
sitam almandal autem sive a
mandel figura facta est
quadrangula que etiam habet
omnes operaciones suas et
superstitiones quecunque adeo
ut dicunt vniversi huiusmodi spiritus
obedientes operatoribus infirmitatis
illius operis Manifestum igitur
est quia huiusmodi locuciones
et visionum dationes non
sunt tante que debeant in
ducere culturam ydolorum
Nos dum autem peruenit ad nos
quod talium cultura vel indicia
esset apud ydolatras vel un
quam ab aliquo observata dei
Nunc autem attendamus ad destruendum
errorem mercurii quo posuit
statuas cum illis opera
tionibus quas ipse vocat
generationes deos fictitios
esse et humano artificio atque
potentia deos effici attribuens
illis virtutes diuinas manifestas
sicut supra diximus Primum
igitur in ipsa sua radice de
struamus errorem istum et

ditamq quia omne datu nar
magis est aput datore et
mais Et omne causatu nar
et magis et mais est aput cau
sante sicut calor magis apt
nar calefaciente // Quare
si deitas deorum diuinitas causat
nale est et ipse huane nate
instatius erit quantitate
et magis et maior apt hua
nam natura nar // Quare
huana natura et magis dea
et maiori deitate nar erit
qua huiusmodi statue et ideo
magis adoranda magisque
colenda // Amplius hec dum
hec non solum dea erit hua
na nra sed etiam deifica que
est longe maius longe que
prestancius / Maius enim est
esse magnificum quam esse
magnum Si bero non nali
sed voluntaria sit operatoe
et hec idem inabilis et in
credibilius vz ut solo intu
voluntatis huana natura
diuinitatem preet seu conferat
huiusmodi statuis Non enim solum
modo diuina est sed diuina lon
ge sublimior natura omnis in
enimque intu ac potate ita po
sita est diuinitas ut ea largi
ri possit pro beneplacito sue vo
luntatis Quare hominibus
edificanda sunt templa
et impendende culture
non statuis et uiceuersa sta
tue adorare et colere deberent
homines ut fortes prius

deificatas et diuinitatis sue lar
gitores // Amplius Ipsi cre
debant homines deificari non
est aut auditum a seculis quod
homines adorarent etiam deifi
tatum Quare nec dz audi
ri nec cogitari in seculis ut
deificentam aliquam statua quamuis
adoret aut colat // Amplius
Cum longe propinquior sit nar
huana nra diuine quam aurea
uel argentea uel enea / Quare
et magis capax diuinitatis
ac receptibilior Si igitur hec
statuis preare potuerunt homines
multo fortius sibi inuicem
Non est aut adhuc auditum
uel visum quod homo homines
deificauerit illo modo deifica
tionis Quod si dixit quia
virtus ista non tam est huane
nre quam herbas et aromatum
Dixit enim inicium quia usi sunt
maiores nri ad hec herbis
et aromatibus uim diuinitatis
inesse hentibus / propter hec multo
quamque abeis quam diui di
uinitatis credunt esse herbas
et aromata dant enim intelli
gunt uim creande diuinitatis
aut quandam manifestum
aut est quia creande diuinitatis
non est nisi alicui nisi crea
tori omnipotenti qui est deus
altissimus Creatio enim uniuer
salis operatio propria est dei alti
ssimi Quod si dixit se intelli
gere uim deitatis s. quandam
et hic oblitus est sue naturalis
in qua declaratum est scilicet

inpstibilem quari no posse
dubito em et no intpc intte
z omem sbam inptibile re-
tipe esse dina igit diuitas
rez diua quecunqz sba conne-
cessitate inptibilis z incrio
et ingruabilis no stat igit
iste intellcus uim quande
diuitatis si vero dixit vi
suscipiende ut ita dicamus
diuitatis queadmodu inpe-
rne humano dicet quis vim
esse humanitatis no cruide
creande ul quande sed su-
scipiende qua ex seme
illo pt fieri homo et hic
error simili manifestus est
no com̄atia neqz in ma-
teriabiles sint diue sbe cu
abstracte sint aias et a
condicionibus materialibus et ab
eis nar spoliate no em
sunt huioi sbe sicut aie
humane ut corporibus organicis
indigeant // amplius hyd'
sbas notat ipsemet intinc'
aias demonu et dixit q̄a
maiores nri aias demonu
statuis indiderunt que locu-
tio no pt hre intencione
nisi erroneam si em intelli-
git aias demonu qe sunt
demonu no pt effugere alt-
ius istorum duorum inglemen-
tum qui ul inorient demo-
nes amissis huioi aiabus
ul qui huioi aie sunt p-
sint et ipsis corporibus et
corporibus statuarum ipse at

intinc' et alij ydolatre ipsos
demones deos immortales
appellat / acciusu no ma-
nifestu z una et eande
aiam no posse ee in duobus
corporibus et rege illa ext
igit intellexit interius
in eo simone cu si intelle-
xit aias demonu hoc
est demoniacas crucia-
mentu et supius diximus
quod aias celestium corporum
quida phos vocauit aias
angelicas prt similitudine
qua hent ad nobilitatem
angelice nre si ergo in-
telligit aias demonu
i. demonibus siles et hic
error pt facile destrui
si em in nonnis aie sunt
nunq sunt qiunte a corpo-
ribus nisi p violenciam
no est em reperire corpora
inquibus huioi aie nunq
fuerint // amplius ubi
erant huioi anime antequam
statuas intraret omnes ei
aie incio creant in corpi-
bus suis sicut declarauit
augl. ey si dixit diuina
ingscriatione statuarum
creant ul quant ip̄o ma-
nifestum z omnia verba
quibus adhoc vtitur ma-
lefica supbatina esse cum
nec adcreacom nec ad
guatom vba ncia sunt
Jam est declarans inptedebus

qua impossibilis e coniunctio
quarundaque aiaz et statuaz
seu ymaginum eis coniunctio
aie ad corpus no est sicut insi
vitutis ad organum suum et
sicut matie ad formam et
sicut pfectionis ad poten
tiale receptibile ipius //
Secundo vero manifestum est
nec statuas nec ptes eaz
organa esse aliquaz opa
tionum aialium Unde nec agunt
nec patiunt indicatione suo
rum // Amplius Cum fracte
vel resolute statue aut
pereunt aie ille aut pma
nent et si pereunt nulla
igit in eis diuinitas Comes
eim est inseparabilis diuinitas
immortalitas Si no pma
net et hoc extra corpora
si hec anime sunt nate est
eas redire ad corpora vel
statuas vel alia appet
aut manifeste eas no ee
aias cum corpora naturas
moveat naturaliter nec move
possint / Preterea oim anime
innatum est diligere corpus
suum et psspite ei quo omnia
pericula / vz contra igne
contra aquam quo gladium et
et quo omne destructivum ipsorum
Sicut appet evident in aiabus
aialium que absque corpora
sua pfugam eripiunt et
ab aliis periculis similiter Intel
cam et ptegendo hoc est
aliquod ex periculis obtendendo
vel opponendo Iste aut aie
statuaz suaz pericula omnio
no curant Sicut evidenter
legitur in hystoriis suum gen
tium et ubi templa ydoloz
comburebantur et concremabatur
pter et statue ut pote ab
aiabus suis omnio neglecte
Neque eim effugere potuerit
dii enei i· statue de troyano
excidio nec dii laban cauerit
sibi acceptione et furto eo cos
secum detulit Rachel filia
ipius sicut legitur Genesis
31 vel cum eos infodit Ja
cob sibi terebintum sicut
legitur Genesis 31 Et ex hiis
elucescit tibi intellectus prophe
ticoz quibus dicitur aures hunt
et no audient oculos hnt
et no videbunt ac si dico eim
isti oculi sunt ut oculi aia
lium sed equore Si eim hmodi
statuis hmoi aie pstare
no sunt ea que iniora sunt
in opationibus suis vz vi
sum auditum et alia hmodi
multo fortius nobiliores
opationes suas eisdem prac
no sunt quare nec sciam
nec pscientiam futuroz Quamvis
aut vocat eas futoz sta
tuas eiua appet relinquitur
conuenitate hmoi aias quas
vocaunt aias demonum vel illo
vel nominus esse // Amplius
hmoi statue vel viuunt vel
no viuunt Si no viuunt
ergo multo fortius nec locuntur

loquela enim et vox non potest
esse nisi viventis // Amplius
si non vivunt ergo non vident
neque audiunt sensus enim
super vitam naturaliter fundatur
Cum enim animalium operacionum
vita fundamentum est et
radix et propter hoc sublata
vita nulla earum remanet
Manifestum autem est et de-
claratum est in scientia de
anima que una est ex partibus
philosophie naturalis quod operatio au-
ditus et operatio loquele
concomitancie sunt inseparabiles
ita ut qui surdus est naturaliter
communiter sit et mutus Cer-
tum surde sint huiusmodi sta-
tue erunt communiter et mu-
te et ita sine loquela / et
ita nec dabunt responsa nec
predicent futura Iam igitur
removimus ab eis evidenter
ista duo signa divinitatis videlicet
predictionem futurorum et dacionem
responsorum / hec enim erant precipue
que maxime colebantur
Quod si dixit quis quia
vivunt iam est contra vivi-
ficatione erroneus non solum
indigens intellectu sed etiam
sensu cum nullum omnino signum
vite appareat in eis quia nec
motus qui primum signum est
vite nisi forte quis dicat
quia motus corrupcionis
in eis apparet videlicet eruginis
aputrefactione corruptio
autem huiusmodi non est signum vite
secundum enim omnia metalla
et ligna arida que putre-
fabilia sunt vivent // Am-
plius ante adventum christi
namque ista signa apparebant
in eis // Amplius Ista
sunt in huiusmodi statuis aparte
materias suas putrefactio
est et rubiginatio et nulla
tenus aparte divinitatis Si
vero dixit quis statuas
ipsas non loqui sed demo-
nes in eis non effugiet
quin non intelligat in huiusmodi
isto alterum duarum inten-
cionum videlicet aut sicut anima
loquitur in corpore hoc est per
corpus tamquam per organum
loquele / aut in eis sicut
in vase vibi(?) sicut in urtha(?)
vel alio vasculo Iam autem
removimus prorsus has
duas intenciones per hoc
quod organum vocis et
loquele nullo movetur in
formatione vocis et nullo
fit collisio aeris in organo
loquele et operatio eiusdem
nichil autem horum fit in ore
statue quare non loquuntur
Demones in statuis huiusmodi
sicut anima in corpore Per quod etiam
declaratum est consequenter
quia nec in statuis tamquam
in vasis loquuntur Sicut neque
in igne quem puer inspi-
ciat neque in sperata neque in ovo
neque in pelvi neque in ma-
nubrio eburneo cum impossibile
sit in aliquo istorum per se vo-
cem formari Et addemus
etiam aliam declarationem

ad hoc quia si vera vox esset
necesse quod audirent ea ob-
astantes quorum est auditus
eque bene dispositus et in eadem
propinquitate sine distantia
cum ipso inspectore. Manife-
stum autem est quia solus in-
spector premissorum instinctorum
audit vel audire sibi videtur
huiusmodi voces tamen nullus asta-
tium vel audiat vel audire
sibi videatur. Eodem modo et rursus
huiusmodi soli sacrificantes au-
diunt vel audire sibi videntur
plerumque. Credendum autem et
in astantibus ydolorum sacrificiis
similes illusiones demo-
nes operantur ita ut sibi et
ipsi rursus voces audire
videantur. Quare manife-
stum est auditum huiusmodi au-
ditum esse sicut formacionem
quibus vocum ymagines
voces esse videntur. // Utrum
autem veram vocem formare
possint et loqui ipsi demo-
nes per corpora hoc est aliis
instrumentis non adhibitis
forsitan dubitabit aliquis
et nos de hoc loquemur loco
suo si deus voluerit. Conce-
dimus autem plane quod possibile
est demonibus in corporibus
humanis viventibus voces
formare et loqui quemadmodum
aliquos quem hic non declaramus
verum mediante vocem ipsius ho-
minis hoc est quam homo
ipse per se format et voce

ipsius demonis apta est
dicta sicut accepimus ab illis
qui multos et audierunt
et viderunt // Vox enim ipsius
demonis subtracta est per
operacione vocis hominis
ipsius et forsitan tamen mihi
est quia instrumenta vo-
calia non ita obediunt arbitr-
io eis demoni ut ipsi arte-
rius sunt naturaliter propria // De-
claratum etiam est tibi hoc impossibile
esse illud quod tam famosum
est apud astronomos et
multis libris eorum scriptum
videlicet quod in certo sacrum si
quis ymaginem de ere fu-
derit loqui eamque ut homines
probabit. Iam enim patefeci
ymaginem eream et etiam
quamcumque aliam loqui non
esse possibile ullo modorum.
Dictum autem sacrum intellige
ingressum eius in primum
gradum arietis vel quod
verius esse videtur ad quibus
ingressum eius in primum
gradum capricorni // Am-
plius si locantur in eis sacra
libacie puta martha vel
pixide tunc nullus honor
debetur propter hoc huiusmodi sta-
tuis nisi quemadmodum
debetur arche vel pixidi nec
amplius nomine dignitatis
digne sunt quam archa
vel pixis seu aliud quodcumque
vas. Non est auditum a se-
culis quod quis archam vo-
caret deam vel ollam

vel pixidem vel quod aliqui
homines sacra vel sacrificia con-
stituerit vel templum edifica-
verit // Amplius secundum hoc vi-
detur statue non aliud quam vasa
sunt in quibus ista demonibus
loquentibus in eis non potius
indicia sunt eiusdem statue figu-
rationis humane quam olle vel
pixides Et hoc ipsum tam mul-
tiplex diversitas ymaginum
indicat evidenter pene enim
nulla est figura in qua aliquid
unquam ydolatriam non con-
tinuerint homines insipientes
sicut evidenter ostendit apostolus
in 2o ad Ro. 2 / demum eis
celebrium est quod vitulos
aureos et ereos multis annis
adoraverunt Iudei non ypa[...]
de talpis et vespertilionibus
apte scriptum est Et modo si quis
dixit quia diversitas figurarum
erat iuxta electionem et bene-
placitum demonum eligen-
cium sibi formas et ymagi-
nes sicut unusquisque vole-
bat ut in eis colerentur Tunc
iam redit in errore quem
in precedentibus descripsimus
scilicet in ydolatriam demonum
dictum et sermo eius qui dixit
quod demones in statuis
dabant responsa et proquebantur
divina Omnem admodum in
vasis eundem errorem inven-
tamur reducit et recipere ne-
cesse habet Iam in destruc-
tione non oportet nos ulterius
laborare cum ea que iam di-
ximus omni intelligenti in ...

sufficere possunt etc
Procedamus igitur ad destru-
endum secundum errorem quo ipse
statue ipse sunt inspicien-
tibus dii fictiti ... ...
libus operationibus acci-
pientibus virtute divina et
splendore deficiunt ubique
quemadmodum zaphirus ...
opinionem quorundam virtutem
habet naturaliter curandi anthra-
cem ... et ardo-
res et reprimendi timores
que virtus celestis et divina
non elementalis esse videtur
...o cum apte conponentur
nec ullo modo apte ma-
terie sue vel forme sed super
totam naturam suam desuper
infuso splendore et desuper
apposita irradiatione Et
ad eundem modum carbuncles
et dyamas ceterique lapides
preciosi virtutes quas eis
attribuunt homines accepisse
videntur Sic statue et yma-
gines similes aliquantas
virtutes virtutibus lapidum
... illis opera-
tionibus accipiunt Sicut
forme cere que utique
similitudine habent agnorum
habent virtutem recipiunt
per benedictionem romani pontificis
ut fulgura arceant et
compescant ne ledant eos
qui eas detulerint Sic
campane que utique nec
formam habent animalem vel
...am similem virtute in...

sacratione sua seu benedictio-
ne recipiant ut tempesta-
tes et fulgura nichil ledere
possint in regionibus quibus
sonitus earum non tempore audi-
tus sunt. Sic sal et aqua
per exorcismos et benedictio-
nes virtutem effugandi et
abiciendi demones recipiunt.
Sic cerei qui benedicuntur in
festo purificationis beate
virginis virtutem arcendi ful-
gura ex benedictione illa su-
scipiunt. Que omnes virtutes
divine esse dubitari non potest.
Verisimile videri potuit
erroneis huiusmodi ut male-
dictis benedictionibus suis
et execrationibus virtutes
ille dantur ymaginibus.
Manifestum autem est tibi
quia hec que narravimus
non sunt nisi omnipotentis
virtute creatoris. Unde non
petit sana devocio ab
aqua benedicta ut fugiet
demones nec a campana
neque abacino cereo neque
a cereo benedicto vel cande-
la ut arceat fulgura et
tempestates sed ab omnipotenti
creatore. Sicut ergo re-
gale sigillum seu aliud
quecumque tuetur defendentes
et securos efficit ne eis
noceatur ab hiis qui regi
subsunt et hoc non sua vir-
tute sed potestate regia et
voluntate. Sic huiusmodi res

vel signa non virtute aliqua
que ex eis sit sed omnipoten-
tis virtute et beneplacito creatoris
illesos apnomatos notimet.
Contexunt se putantes questio-
nem illam utrum aliquid aque
sanctificate accrescat ex ipsa
sanctificatione aliquid nisi
quod nova sit denovo et
utrum illud substantia sit an acci-
dens complementis alibi et
quantum et determinatur et de
premissis similes sunt questi-
ones. Veritatem agitur ad id
in quo erramus et dicamus
quia fundamentum intellectus
et sue vita est aut comitas
utriusque eorum inseparabiliter. Cum
re summe omnimodo insuscep-
tibiles sunt statue ex ne-
cessitate insusceptibiles
tam intellectus quam sue
creare manifestum est in
eum sermone quo dixit
statuas factiones esse pre-
stans sermone falsum et
impossibile esse similiter et
sermone quo dicuntur statue
dii posse esse vel fieri ma-
nifestum est erroneum esse
cum divinitas seu deitas
esse non possit in substantia non
intelligente. Amplius
Ille splendor que vocatur
deificum et cum super ira-
diatione dicunt statuas
deos et fieri et esse aut
substantia est aut accidens. Et
si sunt substantia aut erit substantia

intelligens per se aut non
Si dixit quia est substantia in-
telligens per semetipsam erit
igitur vel substantia abstracta videlicet
demon ut ipsi dicunt vel per
anima humana Quod si fuit
demon iam removimus hoc
cum nullomodo coniungibilis
est huius substantia corporibus sta-
tuarum Et si fuit anima huma-
na / similiter impossibilis est con-
iunctio eius ad statuam propter
eam virtutis intellective non
est coniungibilis anima humana
corpori cuicumque Cuius operatio
intellective virtutis nec
in corpore est nec per corpus
sicut alibi didicisti Propter
etiam quia propter virtutem anima-
lem non est coniungibilis nisi
partibus corporis que nate
sunt organa esse operationum
illarum Quemadmodum propter
virtutis visibilis non est
coniungibilis nisi parti corporis
que nata est esse instru-
mentum videndi et hoc ve-
rissima ratione oculus est
Et similiter propter virtutis au-
dibilis Et ad hunc modum
se habet in aliis viribus
et operationibus earum et or-
ganis Quare manifestum
est quia impossibilis est
coniunctio anime humane et cuius-
cumque corporis statuarum Cum
membra statuarum organa
esse non possunt operationum
seu virtutum ipsius Quod
si fuit substantia non intelligens

splendor ille deificatus tunc
magis apparet fuisse perditus
impossibilis esse et erroneus
Cum manifestum impossibile
sit substantiam non intelligentem
dare alii cuicumque sive per
illius sit sive non / scientiam
aut intellectum // Amplius
intellectus et scientia aut erunt
huiusmodi statuis secundum partem
aut secundum totum Quod si
secundum totum tunc esset par-
tibilis eo quod per continuitatem
sequeretur partibilitas ipsius
statue et ita esset intellectus
in pede et in digito statue
et in qualibet parte alia
ipsius Tu autem vides quod
hoc est absurditatis adeo
incredibilis ut ad eam de-
struendam nullatenus labo-
randum sit eum precipuam
cedat quoniam aio cuicumque ex
si dixit quia non est in sta-
tua secundum totum ergo vel
est in ea secundum partem aliquam
corporeitatis ipsius statue
videlicet in pede vel digi-
to vel capite Et hoc iam
removimus / vel secundum aliam
partem ipsius statue Non
autem est in statua secundum ma-
teriam aut formam ipsius quia
tunc magis in materia esset
vel forma ipsius Manife-
stum autem est tibi quia me-
tallum nec es vel lignum
nec lutum receptibilis
est intellectus aut scientie ullo
modorum quia nec secundum
partem ut diximus neque

secundum totum. Sed nec etiam vite que longe minus est et cum necessitate precedens utrumque. Quod si fuit in statua secundum formam suam hoc est longe magis inhabitantes cum forma statue quia substantia est accidens tantum sit alicuius compositionis quam nominamus hoc est metalli vel eris vel ligni vel luti. Nulli autem potest esse dubium vel ignotum quin impossibile sit intellectum vel scientiam esse in accidente. Quare relinquitur cum veritate non intellectus et scientia si sunt in huiusmodi statuis sunt in eis secundum aliud quam secundum totum vel partem corporeitatis sue et quia sit eadem materia vel forma. Quare cum aliud proponere imparte ista non possunt quam istud quem fingunt deificum splendorem erunt intellectio in statuis scientia et intellectus secundum illum quemadmodum hominibus secundum animas et propter hoc huiusmodi deificus splendor erit ipsa substantia. Iam enim removimus hoc quia nec potest esse substantia non intelligens que intellectum et scientiam prestat ei immo est nec potest esse substantia intelligens que coniungitur huiusmodi corporibus. Quare necesse habent concedere et confiteri

virtutem istam et splendorem deificum accidens tantum esse et propter hoc removerunt ab eo intellectum et scientiam et divinitatem. // Amplius iste splendor deificus magis debet cadere super substantias magis receptibiles. // Quare super asinos et porcos et canes magis descendere deberet quam super statuas. // In huiusmodi animalibus sunt vita et apprehensio que sunt fundamentum et preparatio ad nobiliores et sublimiores operationes. In statuis autem contraria impedimenta esse manifestum est. Quare prenominata animalia adiuncta sunt ad sublimes et divinas operationes. Statue non impedimenta quorum non est impossibilis remotio. // Amplius ad prophetias et divinationes etiam est animas humanas et homines habiliores et preparationes esse quam statuas. Virtute et ideo virtutes et propter hoc ad divinitatem seu deitatem verius cum eo quia sit prophetia et divinatio divinitas est. Manifestum igitur est quia et facilius et dignius est homines deos efficere quam statuas ymo porcos et asinos et canes. Manifesta igitur est insania memorum cuiuscumque parte tum impossibile sit et animas seu animabus similes substantias statuis advenire et eis adiungi et

impossibile similiter sit evidens
illum fictum et sophisticum
destitutum splendore ad esse
instantibus cum nec probam illu-
possibile sit esse neque accidens
et secundum quod sermonis im-
possibilitas probiam dimissio-
nis facile declaratur Conne-
tionis enim anime tres sunt
modi Et eorum primus est vita
secundus sensus et non distin-
guimus a sensu ea que a sen-
su relinquuntur videlicet ymagina-
tionem et memoriam Ista enim
duo videntur esse sensus re-
positi et thezaurizati Tercius
modus est affectus tamquam va-
rii et partes sunt passiones
anime ut tristicia et delec-
tacio timor et ira et huiusmodi
alia / propter eas graviant ho-
mines cum aliis animalibus
et non est dubitandum apud in-
telligentes quin vita sit prima
operacio anime in corpore et
sensus secunda et affectus tercia
et quod vita sit fundamentum
aliarum et velud ypostasis
earum et quod ea remota re-
moveantur cetere et quod po-
sita utralibet earum necessario po-
natur vita Quod enim non
vivit nec sentit nec irascitur
nec aliqua alia huiusmodi pas-
sionum afficitur Similiter omne
quod irascitur seu aliqua
huiusmodi passionum afficitur
necessario et sentit et vivit
Manifestum igitur est im-
possibilem esse coniunctionem

animarum et statuarum Et eciam
unum quodque particularium
est impossibile necesse est sermo-
nem indefinitum et uni-
versalem de huiusmodi im-
possibile esse // Certa non
operacio animarum que est intel-
ligere nec in corpore est sentit
diximus nec per corpus nisi
forte quis dicat virtute
intellectiva de thezauris
memorie et ymaginacio-
nis formas materiales seu
sensibiles recipere ac spoli-
are eas condicionibus particu-
laritatis sive singularitatis
ea vero aut et qui similiter
consensuunt non ponunt ani-
mabus quas animas demonum
dicunt vires sensibiles
neque virtute ymaginativam
Cum non eas tunc animas
demonum sed animas hominum
nominarent // Quare necesse
habent eas ponere abstrac-
tas et ideo ingingibiles
corporibus quibuscumque Et eciam
si iungibiles essent corpo-
ribus non magis iungibi-
les essent corporibus figuratis
in similitudinem hominum
aut aliorum animalium cum in
nullo sit eis necessaria corporis
quecumque figura Non enim
huiusmodi operaciones anime ille quibus
necesse sit partes corporum
propter hoc ut sint organa
earum cum huiusmodi organis
impossibile sit eas uti // Am-
plius in monstracionibus yma-
ginum mota sermonem

nitentur aut sit invocatio ali-
cuius altioris virtutis aut so-
larum earum illarum. Quod si di-
xerit quis quia invocatio fit
altioris virtutis cuiuscumque alterius
quid petatur ab huiusmodi virtute.
Inquio non aliud credere possunt
nisi quod ab huiusmodi virtute
petitur ut animas illas immittat
statuis, cum non propter aliud
invocetur. Illa igitur virtus
est que statuas deificat seu
deos efficit, non igitur huiusmodi
virtutis vel invocationis est
deos huiusmodi efficere. Si vero
sole ille anime invocantur
et per huiusmodi invocationes ve-
niunt, aut veniunt coacte, aut
sponte. Quod si coacte,
nulla igitur est earum divinitas,
cum manifestum sit eas scilicet
hoc subiectam esse melioribus
et ideo inferiorem. Quod
si sponte veniunt, cum non
veniant nisi ut compleant
melioribus, non est igitur necessaria
invocatio seu aromatum
adhibitio nisi ad eas placan-
das seu alliciendas. Et ita
redit mendacium in omnia inbe-
nivolencia que prius ex ydo-
latria demonum seu quorum-
cunque spirituum secundum ordinem.
Amplius aut habent in potesta-
te ut adveniant statuis
anime huiusmodi sine consecrationibus ex-
ecrabilibus consecrationibus
aut non habent. Quod si non ha-
bent, aut igitur sunt ligate
propria impossibilitate seu ne-
cessitate aut alicuius superioris

potestate et voluntate. Quod si propria
necessitate appetunt earum infir-
mitas que verbis et aroma-
tibus indiget adiuvari et
a vinculis huiusmodi atque ligatione
absolvi. Quod si superioris
virtutis potestate, non igitur sunt
anime huiusmodi dii sed vel dei
omnipotentis et altissimi ver-
sum, herbeque et aromata
que operationibus ymaginum
adhibentur in huiusmodi operationibus
deo altissimo in sacrificium
offeruntur ad impetrandum scilicet
ab ipso ut eas dimittat et
absolvat a vinculis quibus
obligatas eas detinet et
in statuas ipsas illas mittat
vel saltem intrare permittat
vel detinentur dei altioris seu
deorum potestate et voluntate.
Tu autem vides quod utrumque istorum
removet ab ipsis nobilitatem
divinitatis. Felicitas enim vere
divinitate inseparabilis est
comes, contraria miseria nec
actu nec potencia attingit
ad ipsam. Ligacio autem seu
vinculatio miseria non mo-
dica est. Quod si quis di-
xerit quia sola propria volun-
tate adveniunt anime huiusmodi
statuis, vix tamen attracte
sacrificiis herbarum et aro-
matum et illecte verbis et
cantilenis, nos iam in prece-
dentibus iuxta de hiis di-
ximus, et ad destructionem
erroris istius non oportet nos
quicquam addere precedentibus

De ydolatria karacterum et figurarum

Dicto quod ymagines Bencho-
rath et ymagines Aristotelis et
ymagines ptolomei ad ydo-
latriam manifestissime per-
tinent stellarum et planetarum
necnon cum invocationes alique
vel sacrificia eis adhibentur
sed sola observatio constellatio-
nis // Post hec consequens
est ut destruamus ydolatriam
caracterum et figurarum signa-
tum et impressionum // Dicemus
igitur quia ea fuit stulticia
quorundam hominum eaque imbecil-
litas intellectus ipsorum ut cre-
derent figuras sive sculptas
sive scriptas aut pictas seu
impressas virtutem habere divinam
ad operanda mirifica que mani-
festum est impossibilia esse
preter quam solius omnipo-
tentis creatoris virtute / huius autem
erroris destructio facilis est
et manifesta cum evidet
impossibile sit figuram
virtutem habere quamcumque vel apte
materie in qua est vel apte
forme figurationis vel linea-
tionis sue vel apte ambarum
simul dicendo si apte materie
videlicet metalli vel ligni vel ter-
re vel lapidis Tunc dignius
est et magis debitum secundum
naturam ut huius virtus potius
sit ipsius materie quam figure
Omne enim datum secundum naturam
et magis et magis est apud
datorem Iam autem probavimus
hoc et audivimus virtutem divi-
nam posse esse ullo modorum
virtutem corporis et intolle-
rabili dementia divinitatis
attribuitur sibi corruptibili
atque passibili ut quemadmodum
superius diximus nec secundum
totum nec secundum partem sui divina
virtus esse possit in corpore
Si vero dixerit quis huiusmodi
virtutem inesse figure prop-
ter lineationis seu protrac-
tionis videlicet propter angulatio-
nis aut circulationis tunc
apparet insania maior huius
erroris Exempli autem causa
ponemus pentagonum quem
dicunt pentagonum Salomonis
Notum igitur est ut iste pen-
tagonus habeat hanc virtutem
mirificam propter istam lineationem
qua intus habet quinque an-
gulos obtusos // extra quinque
acutos quinque triangulorum
orthogoniorum quibus circumda-
tus est interior pentagonus
Vel aut angulo vel angu-
lis tribuatur divinitas nullus
patitur intellectus Primum quia
angulus est quantitas imper-
fecta sola enim soliditas
in quantitatibus omnibus per-
fecta est sicut declarat Aristoteles
in libro celi et mundi Et
hoc est quia nichil deest
ei de universitate dimensionum
que omnes in universo non
sunt nisi tres videlicet longi-
tudo latitudo atque subli-
mitas sive profunditas /
Si igitur angulo vel angu-
lis propter hoc est probatum quod
anguli sunt inest divinitas
erit maior in pluribus angulis

quam imparitoribus Et propter
hoc figura quanto plures an-
gulos erit tanto erit diuinior
et diuinitate sublimior // Am-
plius si angulosa figura
diuinitate habet ut patet tunc in
et circulus // Amplius ratione
huius figura et inscribere
circulum quodlibet enim an-
gulus figura attingit in-
scribere circulo et designare
intra ipsum per quartum geome-
trie Cum igitur omnes figuras
inscriptam circulo necesse est esse
partem circuli quare patet circu-
li cuiuslibet possibile est habere
virtutem diuinam Omnis autem
circulus est totum omnis mensura
hoc est unius nature protium
cuiusque principalis et aliquibus
partibus diuinitas est et toti
Amplius si virtus diuina
inuenitur in omni angulo
oportet esse angulatum erit
diuinum Et ideo omne corpus
animalis et omnis domus qua-
drata vel qualibet alia
ac angulata quod si di-
xit quibus non in angulo per se
sed in quodam angulo
vel in recto qui videtur
esse inter angulos nobilior
sequitur ex hoc manifeste
ut et in omni angulo in-
ueniatur diuinitas naturaliter
Secundum quod enim inuenitur
in parte totius omnis naturalis
necesse est inueniri et in to-
to Cum igitur virtus angulis

ppe 3 obtusis et acutis par-
ti necesse 3 diuinam habent vir-
tutem inueniri tam in obtuso
quam in acuto et etiam in an-
gulo contingentie et in angu-
lo portionis cum in eos per-
fecte velud in partes diuidatur
virtus // Amplius Cum omnis
anguli sit continua quantitas
sit et actus corporis erit ex
necessitate diuinitas qua ab
pro-ditate nulla maior //
Amplius si in quantitate con-
tinua inuenitur hic tunc in
et in discreta et potissimum
in numero qui est omnium quantitate
continua natura prior et digni-
or et exemplar ipsius // Am-
plius qualiter in quantitate
et non simili inequaliter videlicet in
calore vel calore Manife-
stum igitur est ex his que
diximus figuras impossibile esse
diuinitatem seu diuinam virtutem
sine figure intelligantur quan-
titates sine intelligantur
qualitates figuras inquam
per hoc quod figure sunt
Manifestum etiam 3 quia
nullo genere contentionis vel
coniectionis potest eis aduenire
virtus huiusmodi accidentia
cum impossibile est esse huiusmodi
virtutem quolibet modorum
suscipere Quare declaratum
est quia quidquid nisi fecerunt
videntur operari figure non
per hoc quod figure sunt fit id
neque naturaliter possibile est per figuras
opera huiusmodi fieri et quoniam

figure nichil habent vel efficere
possunt nisi quod vel figure
sunt vel signa positiva rerum
aliquarum et inter aliquos et
hoc ex pacto seu voluntate
eorum. Declaratum est enim
precedentibus per figuras huiusmodi
nichil fieri posse nisi quadam-
modum per signa posita seu
instituta inter aliquos ex con-
sensu seu pacto communi cum
intelligenti dubium est vel ce-
pit figuras huiusmodi seu carac-
teres naturaliter nichil significare
nisi quomodo quis scriptura signi-
ficat scriptorem et omne opus
generaliter operatorem. Huiusmodi autem
significatio nichil virtutis mi-
rifice producere potest vel figuris
vel aliis quibuscumque rebus
per huiusmodi significationem aliqua
ex rebus aliquid mirificum
operatur. Exempla autem operacionum
que per signa videntur fieri
manifesta sunt in regibus
et subditis eorum inter quos
discurrunt littere regie cum impres-
sione anuli vel ymaginis
sue quibus credunt et obe-
diunt subditi velud ex pac-
to obedire quo regibus suis
tenentur quibus et ipsi re-
ges velud ex pacto quo tenentur
veritati et iusticie debent
absque falsitate per huiusmodi signa
suam exprimere voluntatem.
Similia signa fiunt inter
amicos similiter inter publicas
personas et amicos et huiusmodi.

signis se obligare in vicem
consueverunt homines. Preter hec
aut sunt subscriptiones propriis
in testimonium assensus sicut
in privilegiis pontificum Romanorum.
in testimonium subiectionis
quales faciunt episcopi consecrati
coram pontifice romano.
Tercio in testimonium professio-
nis quales faciunt regula-
res coram prelatis suis.
Sunt etiam signa pactorum
et quorumlibet contractuum
que vulgariter vocantur cyro-
graphi et generaliter ad omnia
que indicare volunt homines
signis utuntur sicut inter
ipsos convenit. Erant signa
certa scripture quam iudei
proselitis suis dederunt
ut ubique tamquam iudei re-
cipiantur a iudeis. Sic et
episcopi clericis suis et etiam
transeuntibus dant litteras te-
stimoniales vel alia insig-
nia quibus agnoscantur
esse clerici eorum vel [illegible]-
euntes. Sic abbates mona-
chis suis. Similiter ergo nimirum
si convenit inter demones
et cultores suos de diversis
signis ut eas deferret
vel sculptas vel impressas
vel quasi insculptas per in-
cisionem ut cultores eorum
hoc est per cultum subditi
se profiteantur et agnoscantur
ex ipso quod huiusmodi figuras
deferrent. Et propter hoc

abipis ea sibi fieri obtinent
que cultus eorum requirit
sed tamen ipsi demones in-
hoc possent facere permittentur
Non nulla enim pars cultus
demonum est signa huiusmodi
vel insignia eorum deferre
Eruare declaratum est tibi
figuras et caracteres huiusmodi
non virtute sua aliqua naturali
operari mirifica illa que eis
attribuuntur sed ex demonum
pacto quo cultoribus suis
promiserunt signa se adesse pol-
liciti sunt sicut et signa
sacra quibus utitur xpiana
religio non virtute sua ali-
qua naturali sed ex dei altissimi
pacto quo cultoribus suis
se adesse firmissima promis-
sione pollicitus est operantur
eo tropo loquendi quo sig-
nis huiusmodi operationes attribui-
mus Non enim signa dei
fiat fides aut religio xpiana
propter hoc dixit sanctus et sapi-
ens Augustinus quia omnia hec
pacta sunt demonum // De-
bes autem scire quia quatuor
genera figurarum reperierunt ydo-
latre stellarum planetarum videlicet
sigilla anulos caracteres
et ymagines Non intelli-
gas autem ymagines istas
planetarum similitudines unius
quosdam caracteres qui in li-
neatione sua et figuratione
nullam habent similitudinem
planetarum et hec ydolatria
quatuor secundum istorum hoc est que

per quatuor ista dicebatur inte-
erat ydolatria demonum ex-
tinus aut ydolatria stellarum
Ad hoc genus ydolatrie perti-
nent quatuor ille figure que vo-
cantur anuli Salomonis et quinta
que vocatur sigillum Salomonis
et nove alie que vocantur
in candariis Salomonis omnium execra-
bilissime operationes et de-
testabiles invocationes scripture
et ymagines aptissimam ydola-
triam continent impietatem
denephanda aut ymagine
illa que et ydea Salomonis
et entonia dicitur nulla sit
mencio apud xpianos similiter
nec de libro quem sacratum
vocant nec de operibus eius
Eodem modo neque de figura
que mandal sive almandel
dicitur aut operibus eius
hec enim omnia adeo impia
adeoque sacrilega sunt ut
sine horrore pia corda ea
nec legere valeant nec audire
Unde et nos istorum memo-
riam honorificam non tamen
brevitate perstringimus quia
eciam fugimus et fugamus
ne maiorem infamie eorum
deinceps incipientibus Contra
stigmata autem et impressio-
nes multo evidencius dici
possunt que continent caracteres
et figuras diximus quod et
ipsa expresse sapiunt ydolatriam
Ista enim impressis corporibus
et membris faciebant ydo-
latre propter quod evidenter
cultores eius ydolatrie adqua

insignia illa ptinebat eo ipso
pfitebant // Quemadmodum
ecm ex eo insigniis cognoscunt
esse vngariti et falsarii de
phensi atque puniti ex eo signo
appent esse falsarii videlicet
impressione aplice bulle Sic
dyabolicos illos cattos et
sigillos impressionibus ɔsigna
tos se cultui dyabolico atque
addictos ondebat Sicut iudei
signaculo circumcisionis
pacto hebraico et legi mo
sayce obstrictos se ɔfitent
et suscipiendo hmoi signa
culum ad eadem se obligat
obseruanda Non est igitur
mirum si hmoi demonios
neque ullomodo naturale est ut
passiones rerum ymmolaticiarum
sequantur similes passiones
in animabus offerencium vel quod
aliquid minuatur vel inno-
vetur in animabus offerencium
sive eorum pro quibus offeruntur
animalia propter aliquid quod
fiat in animabus Quare ma-
nifestum est mactaciones
vel combustiones animalium
ex propria virtute prodesse non
posse animabus offerencium vel
eorum pro quibus offeruntur
vel ad emendacionem peccatis
vel ad graciarum acquisicionem
Numerata vero apud receptores

nichil possunt nisi vel pla-
core suo seu favore donat
Et quidem quod placore illum
faciunt apud deum nisi ania-
lia ista manifestum est sicut
ipsemet dicit Nunquid man-
ducabo carnes thaurorum aut
sanguinem hircorum potabo. Nichil enim ha-
bent propter quod placeant deum
vel possint nisi velud utilita-
tem ad refectionem vel sanitatem
gustabilem ad delectandum
vel preciositatem ad ditandum
vel pulcritudine aliqua ad
ornandum De hiis autem omnibus
nichil ad creatorem Quare
propter se ipsum placere illatenus
placere potuerunt nunquam
creatori Restat igitur per un-
creatori quia ei placuit quod hoc
fuit propter offerentes propter devo-
tionem igitur seu obedientiam
offerencium vel propter aliam utili-
tatem eorum placuerunt deo
altissimo talia quecumque pla-
cuerunt Cum autem nichil o-
dit eorum que fecit al-
tissimus et quod contrario odio
habet iniquitatem Manife-
stum est quia vita animalium
nunquam fuit ei odiosa
vita non viciorum et peccatorum
semper eidem odiosa et ini-
mica est Quare mors eorum
nunquam fuerunt et placita seu accep-
ta Cum vero sacrificia
duobus modis fiebant videlicet
mortificando sive gladio
sive igne et igne quidem
quatuor modis videlicet combu-
rendo penitus in holocaustum

assando sicut in sacrificiis
de sartagine coquendo sicut
in sacrificiis de clibano et
in craticulis que coquebantur
in caldariis seu lebetibus
Manifestum est quia appa-
ratus iste coquinarius deo mi-
nime per se placuit sed propter
duo vel propter devocionem
et obedienciam offerencium vel propter
utilitatem eorum vz ut
essent eis in alia et acto divine
rememoracionis vel propter
instructionem seu erudicionem
vz ut in sacrificiis ipsis le-
gerent quomodo in semetipsis deo
placere deberent / vel propter con-
servacionem et retentionem
eorum in cultu divino Carni-
ficina enim illa non parum
trahebat eos atque tenebat
in cultu creatoris eiusque ad-
modum et in ydolatria adi-
pes victimarum et vina liba-
minum in ydolatria multos
retinebat et adea vocabat
Sicut et hodie vides in q=
sibus nostris fieri in quibus
si deesset porcio coquinaria
pauci vel nulli ad eos con-
venirent / vel propter alimoniam
sacerdotum qui de huiusmodi pre-
sentabantur // Mortificacio
autem viciorum et peccatorum per se
semper creatori accepta est
et placita et per se sacrans
ac sanctificans sacrificantem
et per se mundans ac purifi-
cans ipsum per se enim contollens
concretacionem et auferens inpuritates

et immundiciam peccatorum Omnia
nichil aliud est mortificacio
eorum quam ablacio ipsorum Ablacio
igitur defectio eorum sive recessus
ab eis mortificacio eorum est
Manifestum est quia defectio
peccatorum et recessio ab eis sa-
crificium est deo acceptum dicit
legitur Eccl. 35 Omnia sacri-
ficium salutare est discedere
ab omni iniquitate et item
beneplacitum est domino recedere
ab iniquitate et deprecacio
recedere ab iniusticia Et quod
ista mortificacio non solum
placita deo semper est sed etiam
saluti humane adeo necessaria
ut sine illa nec sit nec esse
possit Manifestum est quia
ipsa per se et essencialiter est sacri-
ficium Et quia ipsa est sacri-
ficium iusticie quam connecces-
sitate debita et quam est
iusticie quam deo de nobis
ipsis facimus verissime
iusticia nos Et item est
iusticie i. iustificantis deum
in iusticiam in nobis morti-
ficat et extinguit / Hec
igitur spiritualia animalia vicia
scilicet et peccata tam immunda
tam venenata tam no-
xia contritate in nobis
occidenda sunt et quantum
ad nos pertinet a nobis eorum
vita quia execrabilis est
et execrans animas in quibus
sunt erit necio mors eorum
sacra et sacrans eos in
quibus et a quibus fit /
Et quia huiusmodi sacrificia

corporalia

spiritualia que diximus offerenti-
bus nunquam necessaria fuerunt sacrificia
aliud nec unquam sunt ne-
cessaria inquantum ad sanctificationem
vel emundationem. Manifestum
est quia postquam ista offe-
runtur necesse sicut illa cessare
tamquam superflua quantum ad emun-
dationem et sanctificationem. Qua-
re quia cito imposita et ex-
posita sunt cessare oportet
illa. Et ideo spirituali populo
interdicta sunt nunc eciam
quia cohorientante spirituali eo
populo hoc est que spiritualia
sunt cognoscenti nec necessaria
sunt ad instructionem vel emun-
dationem neque ad emundationem
et sanctificationem neque ad eas
quas diximus conservanciam
et retinenciam in dei hono-
rificencia et cultu neque ad
alimoniam sacerdotum. Cum
alias et melius et honestius
provideatur sacerdotibus spiritua-
libus. Quare manifestum
est nullomodo ea esse necessaria
spiritualia / deo autem accepta
vel placita impossibile est ea esse
nisi propter utilitatem populi sui.
Ergo manifestum est quia
facto spirituali populo ut deo pla-
cita sunt ut ei offerantur
et ab huiusmodi populo nec ipsi populo
expedit vel utile est ymmo one-
rosum atque reprobatum //
Quare spirituali populo non tam
dimittenda sunt quam eciam
interdicenda. Quod si dixit

quis quod adhuc et totus populus
iudaicus carnalis est et magna
pars populi christiani ergo adhuc
necessaria sunt huiusmodi hominibus
carnalia illa sacrificia. Respon-
demus quia culpa sua carna-
lis est quicunque carnalis est cum
spiritualis erudicio et doctrina
nulli desit. Carnalitas non
que culpanda est et modis
omnibus deserenda non est sacri-
ficiis carnalibus ullatenus
intendenda sed ad spiritualia
non tam provocanda quam eciam
compellenda. Carnalia vero
sacrificia carnalitatem in
hominibus pocius nutrirent
quam pellerent et ideo nullo modo
reducenda ne in populo dei
fiat scissura quam diximus
aliis sectantibus sacrificiis
intendentibus aliis spiritualia
sola querentibus atque servan-
tibus. Si quis autem querat
quare animalia munda eligi
sibi et comburi precepit
dominus cum ea que munda sunt
in hominibus vivere conservare
roborare et augere voluit
et munda illa animalia signi-
ficent dona gratis spiritualium
et virtutum. Respondemus quia
nichil adeo mundum est in
hominibus quod non munda-
tione indigeat vel quod
mundius esse non possit. Sicut
legitur ysaie 64 Quasi pannus
menstruate universe iusticie
nostre et apocalypsis ultimo Qui
iustus est iustificetur adhuc

Vel quia illa aialia et si mun-
da essent . i . no polluta ydo-
latriis vel sortilegiis quedam
tamen habebant in mundicias
naturales quibus mete in mundi-
tie spirituales significantur vt
in thauro temulositas in
ariete effrenitas hircus corni-
bus feriendi levitas spiritua-
lia vitia significant scilicet superbiam
et ruposiditatem seu contencio-
sitatem vel occidebantur mun-
da aialia pro impetranda seu
conservanda roboranda et au-
genda mundicia // vel pro hoc
ut eo ipso agnoscerent qui offere-
bant non aliter iudei parte
tenere nisi mundos eidem se
offerrent et non aliter ad ipsum
pervenire posse nisi pignore
spiritualem et gladium quibus
ingressus paradisi primis paren-
tibus prohibitus est / vel quia
est sublimiorum significacionis
ut non aliter se deo vivere
posse nisi sibi morerentur
offerentes agnoscerent Sicut
igitur aialia illa per mortem
corporalem pars dei efficie-
bantur Sic et omnes electi
per huiusmodi mortem spiritualem Ja
igitur patefecimus tibi omni-
modam vtilitatem sacrificiorum
legalium seu litteralium et tibi
assignavimus virtutem et tempus
durationis eorum atque cessa-
tionis ipsorum et prohibicionis
quod est tempus reparationis
spiritualium sacrificiorum et intere
significationis et ordinum etiam
tibi vtilitatem eorum et de-

sicut Quod vz in semetipsis de-
siderant ab omni vtinam sanctificatam
et ab omni gratia et placatione quibus
aliquid obtineatur vel impe-
tretur a deo altissimo et de-
bitis aliqua divinis impo-
sitione littere legis hebreorum
Nunc vero addemus alias
declarationes et divisiones et
dicemus quid per se est quo sancto
ponitur et quo remoto remo-
vetur Sicut dicit aristoteles Et
propter hoc per se sacrificium est quo
posito ponitur id propter quod
est sacrificium Id autem propter
quod est sacrificium respicitur
est dei altissimi hoc est
propiciationis impetratio que
est ut deus habeatur propicius
ad petendum que ab eo petitur
et propter hoc sacrificium est per se
et proprie unum deo immediate
oblatum propiciationis eius
per se impetratorium In me-
diate divinum propter elemo-
sinas que et si multum ob-
laciones deo facte dici in-
veniantur non proprie tamen sacri-
ficia sunt Quare manife-
stum est quod sacrificium
laudis laus ipsa est sunt
et hostia vivificationis bene
et vituli labiorum vocantur
psalmi et alie cantiones
ecclesie Sicut Osee vltimo
Reddemus vitulos labiorum
nostrorum Alibi autem vocantur
fructus labiorum vz in ebreis
ad hebr / Quia igitur post
huiusmodi sacrificiis que divinis
ponitur dei propiciatio et recon-

removet^r Manifestum e ista
esse vera et propria sacrificia
amplius / Nil iustius e quam
innocentie pte Quare nichil
habet tm iusticie innocentes
occide Oblacio igi^r animalium
innocencium no e sacrificium
iusticie // Amplius Cum pro
culpe solummodo debeat pena
iniquus est culpa Quia igitur
soli homines peccant no animalia
ista solis hominibus debe^r pena
iuxta illud Quod meruere
bones / Quare solis animalibus
morte punit et peccantibus
hominibus impunitis adhuc
remanet debitum pene pec-
ces homines Quare nec solu-
tum nec remissum e p^r mag^s
pena animalium Quod si dixit
quia saltem p pena dap-
ni debet esse debitum istud
vel remissum vel solutum
nichil dicit Quia sine pena
penitudinis interior in adulte
pena dapni omnino nichil re-
missionis operatur Alioqui
paupes et omnino nichil hen-
tes in munes essent apertis
Accidet etiam secundum hoc quod
latrones et raptores et p-
dones iustificarent et sacrifi-
carent homines Si pena
dampni p hoc quod e pena dap-
ni operetur remissionem
peccatorum vel solucionem
spiritualium debitorum // Amplius
Nichil aliud anob requirit
divina iusticia nisi mala no-
stra i. vicia et peccata de-
feramus occidentes ea et

mortificantes in nob et ut
virtutes et alia dona graciarum
ipsius ab ipso obtinentes secundum
ea vivamus Et in hijs duobus
pfecte consistit iustificacio nostra
pfecte enim sanus e iniquus et
mala illa mortificata sunt
p virtus sunt in illo et bona
supradicta vivunt Cui autem
alterutrum hor deest penitus du-
bio pfecte sanus no e / Iniquus
enim peccatum vel vicium vivit
malus e / Iniquus aut gracia no
vivit bonus no e / ea boni-
tate de qua hic intendimus
Bonitate siquidem naturali boni
sunt etiam et demones autem peccatum
no aut bonitate gracie stati
ut creati sunt Ista quo duo
gracia opera vz mortificata
malorum et effectiva bonorum
dicimus esse duo graciarum sacri-
ficiorum Et primum genus p-
tinet ad primam et disciplina
hijs enim duabus mala in
nobis psequimur et occidimus
Et de hoc genere sunt timor
et dolor pudor et ira que
contra nosmetipsos iudici vin-
dictam attendunt^r Similiter et
omnes huiusmodi affectiones videlicet
horror. indignacio. abhominacio.
appnacio. detestacio. correctio
aversio. odium. Omnia enim hec
mortifiamus peccatorum sunt et
penitens secundum quod de peni-
tens hijs omnibus vel aliquibus
vel aliquo eorum mala pecti-
ta in se psequitur Et vindi-
ca quo istorum sacrificium e deo
acceptum / et sacrificium iustie.

qui mactacio est pessimi
aialis et dei inimici et cu
pci salua iusticia et sine in-
iuria creatoris impossibile
est Eodmodo et disciplina
istis intencionibus velud ar-
mis velud fustibus et gla-
diis vtitur ad dispendenda de
aia humana huiusmodi immunda
aialia ista pcenunt et proprie
mortificant et cum amplius
no possunt saltem captiuat
ut ne regnet i reprimunt vel
repressit Dicit dt apls in
2 ad cor 10 In captiuitatem
redigentes omnem intellectum
extollentem se aduersus sciam
dei in obsequium xpo et item
in 6o ad ro Non regnet pec-
catum in vro mortali corpore
Et in 4o ad colos Mortifica-
te membra vra que sunt
sup terram Dicit tamen deb
quod vtrumque istorum vz captiuacio
et repressio qua diximus re-
pressio sz qua prohibetur regnare
peccatum mortificatio est pcti
et si no omnimoda mortem ei
reputatur omne pcm quod vitam
gre no contingit Sicut ei
nec vitam gre auffere pt
Quare mortem reputatur
cum nec regnat Quia igitur
pt manifestum est quod
mors et occisio aialium omnino
no placat deum mors aut
et occisio viciorum et pctorum
placat eum et pcium nob
reddit virtutibus et omnis
illis aiabus et rebus aliis
quibuscumque Manifestum
est quod hanc sola mortem

in nobis et a nobis requirit
deus pse mortem no aialium
et destructionem quarumcumque
rerum sicut thimus et thimia-
mata et aliorum huiusmodi immunda
requirit deus pse aut propter
se sed propter hanc qua diximus
mortem sz viciorum et pctorum
sine qua omnis mortalis est
illa Quare nec solum
vtilis fuit mors aialium
inquantum ad hoc prabat aliquod
animalium pse aut aliud ani-
malium pstare no potat nec
vmquam potuit nisi instructio-
nibus et significationibus quare
reuelacione veritatis insticto
dei populo peuntis in vtilia
remanserunt Et ideo cessare
debent illo tempe Dicit dt
aplus ad hebr 9 In barijs
baptismatibus et iusticijs
carnis usque ad tpus correc-
tionis impositis // Amplius
quid est supuacuum vel
supfluum nisi id quo posito
nichil additur vtilitati propter
quam ponendum est et quo
remoto nichil detrahitur
vtilitati eidem Tota aut
vtilitas sacrificiorum est propiciacio
creatoris Quare cum pa-
cificia spualia que diximus
sola et sufficienter obtineantur
ista vtilitas et p illa alia
nichil de illa addatur mani-
festum est illa esse vtilia
pse // Amplius Cum huiusmodi
sacrificia aialium offerunt
sine aliis manifestum est
quod offeruntur ab iniquis // Cla-
mant aut omnes prophete quia

bona iniquorum non probat altissimus
Sicut legitur Eccli 34 Si quis
autem querat quare tempore legis
a viris sanctissimis et iustissimis
et huiusmodi instructione vel sancti-
ficatione non indigentibus
frustrarentur Respondemus Quia toti
communitati populi hebreorum impo-
sita fuit et salutis fructum
obediencie et deuocionis in illis
acquirebant viri sanctissimi
et eruditissimi Sicut vero
et rudes instructionem quam
diximus propter ista duo bona
Et si viri sancti et eruditi
a belis recederent duos fructus
quos dixi amitterent et legis
transgressores fierent Insuper
scissuram in populo dei facerent
et scandalum magnum tempore
illo Ipsa etiam sacrificia con-
temptibilia redderent minori-
bus Quare sequeretur dissi-
pacio legis et tota quantum
ad sacrificia et sacerdocium
egestas vel scissure scanda-
lum in populo aliis sacrificia
illa contempnentibus aliis
illa venerantibus et offerenti-
bus // Amplius cum sine
mactacione viciorum offerebat
animalia manifestum est quia
seipsos ymolabant viciis
et per hoc demoniis Animalia
vero offerebant creatori
male diuidebat sicut Cayin
ex 4o Gen Quare intus
committebant spiritualem ydolatriam
exterius autem dei culturam Nemo
enim dubitat quin vacare lu-
xurie et eis que luxurie sunt

sunt venerem colere et eius ydo-
latriam spiritualem committere et ad
hunc modum de aliis Quare
manifestum est quod propter hoc
verum culturum sola non recede-
bat a cultura demonum imo
forsan contrarius cum intimis
corda peccatis et peccata de-
monibus offerentur et in viciorum
et peccatorum operibus corporum
humana fuiret eorundem Quare
manifestum est quia nec ydo-
latria nec verus dei cul-
tus omnem superstitionem ex-
cludat et secum esse non
patitur et ipsos committentes
eciam sacrificat atque sanctificat
Amplius Cum huiusmodi sacri-
ficiorum ritus per se committentes
non saciet atque sanctificet nec
per semetipsum deo placeat //
Propter neutrum istarum causarum
impositus est populo iudaico
Propter causam igitur que erat
apud populum illum Nunc
autem causa poterat esse apud
populum propter quam non imponeretur
ei per se ipsum acceptus deo
cultus ac per se sanctificans
committentes cum talis esset
maxime necessarius et maxime
salutaris nisi incapacitas
et imperfeccio populi illius quia
non dum capax erat subli-
miorum atque diuiniorum cul-
tus Unde postmodum
per prophetas paulatim ad spiritua-
lem cultum et interiorem
sanctificacionem inuitati fuerunt
Sicut apparet Jere 4o Ver-
nouate vobis nouale et

nolite sere sup spinas Circu
cidimini dno et circumcidite preputia
cordium vestrorum Et item Ezechiel
xl Omnes gentes habent prepu
tium Omnis aut domus israhel
incircumcisi sunt corde Iam
igitur manifestum est tibi quia
nec veritas nec virtus nec
salubritas huiusmodi sacrificiorum
causa fuit ut imponerentur
populo hebreorum Sed sicut gravi
vim quia rudibus et no
vicijs perfecta nec abnuntio
tradebantur vel imponebantur ymo
minima queda et levia et ideo
perfectionem non habentia sola imperfec
tio eorum effecit Si enim eque
capaces essent ad maiora et
meliora a sapientissimo insti
tutore potius imponerentur
maiora eis quam minora
et perfecta quam imperfecta et
magis utilia quam minus
amplius Et in scola doctrine
et in scola virtutum paulatim
proficitur Traditiones aut pro
porcionales debent esse proficien
tibus Quare sicut proficiebat
sacra eruditione populus ille
sic maiora eis gradatim
imponenda erant Unde et
doctrine legis successit doctrina
prophetarum tamquam perfectionem vicini
mor Tandem aut advenit
evangelice perfectionis eminencia
ultra quam non est quo se
extendat in bita ista perfectio
stitatis Et ideo predominata
rudimenta et inicialia in
adventu eius penitus cessa
verunt et mutata sunt toto
orbe quantum ad perfectionem spiritua
lem papalis unitatis et uni

versalitatis deo toti mundo per eos
perfectionis evangelice quam offe
rente et gratia diluvio in ab
luendum ipsius eis qui ad ea
recipienda se preparare conati
sunt inundante et sicut
alibi diximus gracia fonte
septem sacramentorum quia septem
sensibus eos purificante sanc
tificante atque replente vos
// Post hec aut prosequemur
sacrificia spiritualia nostra que
deo altissimo offerre debemus
quibus solis et non alijs
eidem placere possumus Per
que offerentibus quecumque sunt
salubria vel utilia concedentur
Unum igitur et generale sacrificium
quod deo nobilius et ma
xime offerendum est quod deus
maxime et nobilius requirit
et quo non oblato non acceptat
aliquid quod ei offeratur est
unumquemque nostrum Oblacio
aut ista tribus modis fit
Primum cum ingenua sanctissime
ac liberrime semetipsos sibi
recepimus Tunc enim et per
eius efficimur et sacramur
simul seu sanctificamur // Omne
enim sacrificium quod deo rite
offertur ipsa oblatione et deo
rite sanctificatur et per eius
efficitur Sic fit et de nobis
cum xani efficimur Omnia
primarius baptisamento deo
oblati et sanctificamur et pars
dei efficimur Sicut dicit Apostolus
in primo ad Colossenses Qui eripuit
nos de potestate tenebrarum
et transtulit nos in regnum
filij dilectionis sue Et item

Qui dignos nos fecit in p-
tem sortis sanctorum in lumine
De hys qui religiones ingre-
diunt' veritate dicit' quia do-
mino offerunt' holocaustum
holocaustum dictum e ab
holon quod est totum et
taumate quod est incensio
quasi totum incensum // holo-
caustum aut proprie dicebat'
sacrificium quod totum igne
consumeba' de quo sz nich'
relinquebat' inconbustum Sic
et isti nichil de se vel de suis
relinquunt quod in igne sce
dilectonis eidem offerant
Queramus aut dubitare pt qui
et deo offeredi sumus et qui
eius totali effici debeamus
et qui huiusmodi oblatone qua
deo efficiamur sacrum et sacrifice-
mur / Sedm sacrificium z pene
seu discipline quorum altero
vz pena veta vicia et pcca
mactamus Altero vo .i. disci-
plina bona gras et virtutes
in nobis custodimus Et
vicia atq pcca q' minus
in nobis orant' aut cre-
scant saltem debita vigi-
lantia precaveamus Tercium
sacrificium z orois in quo
intelligimus ecia sacrificium
laudis Vo eius z usq qqz
pcca ora que laudz no lz
et quamdiu durat corruptio
in qua sumus semp inve-
nit bona quequ virtus i nob
quid deo mactet et occidat
Semp enim invenit fides
abhominatones vel sensum
exteriorum vel sensus interior qui
intellectus est contra veritatem
dei / Officium aut fidei z et opus
proprium mortificare hec et im-
ponere eis silencium et propter
hoc no solum victoriosissima
est fides in sacramento altaris
ubi et sensus exteriores et sensum
interiorem quem diximus oez
cz contradictonem phorum et heti-
corum admirando triumpho de-
vicit et superat Sed et ymola-
trix opulentissima atq di-
tissima que tantarum belvarum
carnificina offert deo et
ymolat Sic disciplina intel-
lectus varias in mundas et no-
xias cogitaconum strage et
iniquam et extrinsecam facies
morte illas continuum deo
sacrificium exhibet spiritu sto
hitatilio intellectus paratum
et quietum efficiens ipsi quo-
dammo ibidem retinet ne re-
cedat Maxime aut extremum
eius sacrificium de mortifica-
tone cogitaconum vehemencium
ipsu blasphemie quarum
improbitas maxime inquie-
tat et contristat inconbusda
spiritum sanctum et interdum extin-
guit Vo quid conatur seu
proponat / sed propter gram eius
que sic contingit' interdum
ita et deum et scriptum est
ab apostolo Sic timor dei aqs
concupias mortificat et ver'
frigus spirituale timore inven-
tiens eas congelat et no-
n ut consumere no sinit et
propter hoc suo modo et no'e
illas deo ymolat propter quod

impiis dein z / Confige timore
tuo carnes meas Dic spes
timores et minas que sunt
apte carnis et mundi Dic
caritas omnia odia mala z
que sunt odiorum ut lites ri-
xas et bella Et adhuc mo-
dum de aliis intencionibus ut
benivolencia invidia et que
invidie sunt / pax turbulen-
cia ira et que earum sunt
et de passionibus idem est
vide ut disciplina oculorum
illicitos aspectus et disci-
plina aurium illicitos au-
ditus et disciplina oris illi-
citos gustus et inhonestos
similiter inhonestos illicitos
et ociosos sermones et ad-
huc modum de omnibus aliis
que per corpus aguntur
Et vide quia omnes homi
occisiones et victorie sunt
inquantum pertame et bella
sunt et sacrificia sunt in-
quantum per sanctificacionem in-
terius et dei honore / Ma-
nifestum igitur est tibi quia
sacrificia ista nos emundat
et sanctificant intus et ex-
terius et deo gratum obsequium
sunt / cum semper grata et pla-
cita z mortificacio peccatorum
Preter hec autem dicimus quia
singule virtutes offerunt
deo munera placita ex nobis
ipsis Sicut fides offert
deo intellectum illuminatum sa-
lubrinum aberitate purifica-
tum a tenebris ignorancie
et errorum Item a claudica-
cione qua super exposuimus

et fortem a debilitate dubie-
et opinionis qua similiter super
declaravimus Offert etiam ipsum
devotum et inclinatum ad obe-
dienciam adhuc auctis ve-
nacionem et adventat quam
super fundamentale nominavimus
receptorum Et in hiis omnibus
que diximus fides sanctitas z
intellectus sanctificans ipsum ca-
put mentis i intellectum
et sanctificans ipsum i mat-
tans duobus modis quibus
diximus vz mortificatis ipsum
quantum ad vicia et pecca-
ipsius et quantum ad suscipiendum vz
ut sibi mortuus deo vivat
Et hoc est quod cum virtute
similiter et spes offert deo
altissimo erectum securum co-
tundum et quasi tripudiantem
affectum tamquam hynnulum cervorum
et saliens sicut agnus ovium
Caritas vero sacrificia illa
que nominantur clementia pro-
ducta tres ramos suos
quorum primus zelus est quo
ad dei contumelias cor per-
cam uritur seu assatur Secundus
pietas quo ad tribulacionem
sive spiritualem sive temporalem
proximorum cor frangitur in
alco sz inne pingue sica
tue dilectionis // Tercius z
benivolencia per quam piis
desideriis cor coquitur et
quodammodo velut panis
suavissimus deo offertur
Preterea autem notum z nichil
deo flagrancius suavius aut
sapidius quam cor quod zelo eius
sit uritur compassione proximorum

sic agit͛ piis desideriis sic
sequit͛ Et in his omnibus et
similibus que inetu plixit͛
ptimus adeo euidens ē veri-
tas ut pbatione nō egeat
Sic de spū contribulato qui sit
deo acceptissimum sacrificium
nullus intellectus pmittitur
dubitare Est enim contribulacio
cordis nō solum mortifica-
cio viciorum et pctorum sed eciam
cordis spirituale martiriū quod
gladius pctorum ex omni parte
confodit͛ et ex omnibus punctionibus
istius atq; vulneribus gravissi-
mos dolores in seipso atq;
deo gratissimos sustinet Si
enim martiriū corporis deo ac-
ceptū ē multo forcius mar-
tiriū cordis // Iam igit͛ de-
claratum est tibi quod hec que
diximus quia duo genera
sacrificiorum spiritualium offerunt͛
deo altissimo per unamquamq;
virtutem Quorum alterum est
mactacio vicii contrarii Alterum
ē fructus et operacio ppria
ipsius virtutis Unaquequ; enim
virtus vite directam mor-
tificat sibi vicium contrarium
et pctum Et nichilominus
de se velud radice et arbo-
re fructum et velut de
fonte vivifico atq; purissimo
emanacionem pprie operacionis
emittit Sic de ipsa caritate
velud de fonte vivo atq;
purissimo tres emanaciones
effluunt Quarum prima ze-
lus ē sive zelacio Secunda compati

seu condolere / Tercia bonum alius
appetere seu desiderare Sunt et
alii ex eodem fonte sanctissimo
profluentes rivi purissimi et
ex eadem radice fructus optimi
procedentes quos hic nos de
industria preterimus // Pt aut
emanaciones istas et fructus
ex eadem virtute offeruntur deo
altissimo mactacio sive mor-
tificacio omnium viciorum et pecca-
torum que pfectissime caritati
repugnancium Si vis autem
ad liquidum videre que diximus
ymaginare unum sanctum et di-
scipulinatum et fac de eo dili-
gentem consideracionem Et
apparebit tibi euidenter ma-
esse in quo nichil vacat a sa-
crificio Totam enim interiorem
ipsius implent duo genera
illa virtutum que diximus
totum corpus eius sic occu-
pant exteriora opera virtutum
Et propterea hic vere agnus est
aromatibus virtutum et graciis
repletissimus ac flagrantissimus
Totaliter quantum ad vicia et pec-
cata mortificatus decru-
ciatus ac concremtus cum
in eo nichil superfluum nichil
fedum nichil inordinatum
omnino relictum sit Et propterea
hoc totus ē in sacrificio totus
sacrificium totus oblacio
Cuius exemplar xpistus dominus
ē in cruce pendens in quo
nichil a martirio vel sacrificio
vacavit // Primum igitur
ac principale sacrificium quod

nobis requit nobis ipi simus
sine cuius oblatione nichil q
deo offeramus acceptum est
Cuius placore alia deo pla-
cita et accepta sunt pp̄ter
quod dicitur Gen 4 Respe-
xit deus ad abel et ad mu-
nera eius Et secundum aliam
licam inflammavit dominus
sup abel et munera eius Non
est dictum ad munera abel et
postea ad abel Quia pp̄ter
abel accepta fuit deo altis-
simo munera non abel pp̄ter
illa // Secundum sacrificium est
est opus interius sicut illud
est cor contritum et humiliatum
Sacrificium deo spiritus contribu-
latus // Tercium est opus ex-
terius videlicet que per corpus
aguntur Et quia hec duo
sunt genera videlicet passiones et
actiones ideo sunt duo genera
sacrificiorum istorum videlicet sacrifi-
cia passionum et sacrificia
actionum et in sacrificiis actio-
num excellit martirum Mar-
tirium est passio consummata ultra
quam nulla / Sacrificia vero
actionum evidenciora sunt
in operibus discipline claustra-
lis sicut sunt orationes
vigiliarum psalmodiarum la-
bores etiam corporalium / quales
habet ordo cistercienses / In
hiis autem sacrificiis excellit
ordo cum fratribus suis perfecti
fuit excellit in qua quantum
ad pinguedinem devotionis
Doctrina autem et predicacio ex-

tellunt quantum ad fructum
Indoctrina enim et predicatione
sincera atque devota non
solum offeruntur verba et la-
bor qui in utroque sustinetur
Sed etiam ipsi auditores qui
per eas convertuntur // Verus enim
atque sincerus doctor seu predi-
cator / verus occisor est et
verus mactator / et verus
manducator est animalium
in mundorum sicut legitur Job
40 Concident illum amici di-
vident illum negotiatores
Et actuum 10 Occide petre
et manduca Occisor inquam
et mactator in gladio spiritus
quod est verbum dei sicut
legitur ad ephe 6 Et Jere
48 Maledictus qui prohibet
gladium suum a sanguine Et
in psalmo Gladius in labiis
eorum / Et cum nec saporem
nec odorem habent suavitatis
sacrificia nisi ex virtutibus
et graciis vel que sunt vel
ex quibus sunt nulla ac
sacrificia virtutes sunt vel
ex virtutibus nisi que nomina-
nimus et numeravimus Mani-
festum est nulla esse sacri-
ficia que saporem aut odorem
suavitatis habeant / preter hec
que nominavimus et numeravimus
// Amplius Cum sacrificium
nichil placoris habeat nisi ex
virtutis et gracie condimento
Non enim sunt aromata alia
que adunares dei aliquid
suavitatis vel boni odoris

tus mittant quia gratie et virtu-
tes Quare sola sacrificia de
quibus agimus placere sicut
quod deo accepta sunt et
non alia Quare nullis aliis
placatur deus vel placetur
deo Hec autem sunt que offert
ecclesia katholica Quare so-
la sacrificia katholice ecclesie
hoc est vane deo altissimo
accepta sunt et placita //
Amplius Quia nichil quod
apud homines sit vel in ipsis
eos faciat vel sanctificat
nisi virtutes et gratie aut opera
que sunt ex illis Sacrificia
autem veri nominis sacrant
et sanctificant offerentes quare
ex necessitate vel virtutes sunt
vel opera eorum Quare nulla
alia sacrificia sunt veri no-
minis nulla alia sacrat aut
sanctificant offerentes nulla alia
placent deo aut placant
deum Attende autem quia
sacrificium domini salvatoris
quod in ara crucis pro nostra
reconciliatione mundi totius
obtulit quod ipsemet fuit
velud tota apotheca spiritualium
aromatum conditissimum ac
refertissimum fragrantissimum
que sicut non tangimus neque
ipsi dignitate gravis quam
aut brevitate hominum
loquimur impedientibus
sermonibus nobis comprehensum
intelligimus quam et sacri-
ficium ipsius condimento
gratiarum et virtutum eminentissi-
marum placuit eo usque quod
deum mundo placare potuit

Post hec autem loquemur
de sacris de quibus
iam diximus quia
sacra proprie ad divine honorifice-
ntie cultum pertinent ymo ipsa
sunt cultus ipse Et quia ho-
norificentia divini cultus in
templis maxime et agitur
et exercetur Quia duo genera
templorum sunt divino honori
et cultui deputata necessa-
rio erunt et duo genera sa-
crorum Et duo genera templorum
sunt alterum verum et vivum quod
est totus cetus sanctorum et unus-
quisque eorum // Alterum vero
mortuum videlicet ex inor-
tuis lignis et lapidibus
Et est ad vivum et verum temp-
lum sicut figura ad verita-
tem Quare cultus eius ad
cultum illius sunt proportio-
nalia eius ut ait Aristoteles Si
alterum et alterum proportionalia
autem sunt templa ista suis
cultibus seu cultui Cum
eis similiter se habeant ad cul-
tus suos erit permutatim
Quod sicut templum ad temp-
lum ita cultus ad cultum
Et propter hoc quia templum
figura et ymago atque li-
ber cultus Evidens autem
est ipsum in dedicatione et
reconciliatione ecclesiarum / de-
dicatio enim sive consecratio
ecclesiarum figura est et liber-

dedicacionis seu consecracionis
baptismalis et reconciliacio
ecclesiarum Quod facile est vi-
dere intelligentibus et ex-
titatis in hiis Et quia sicut
diximus sacra exteriora ad
honorificenciam dei specia-
liter pertinent et proprie //
Unde et templa exteriora
loca habitacionis glorie
dei vocantur Sicut ibi Domine
dilexi decorem domus tue
et locum habitacionis glorie
tue // Declarandum est no-
bis per divisionem quod
sint modi sive maneries
sacrorum istorum // Dicimus
igitur quia septem sunt
Quorum primus est processio
antiqua et ornate et ordina-
te incedencium donec perveniatur
ad maximum sacrorum quod
est misse celebracio exterior
Sacramentum enim altaris
et veritas est in eo quod
intus continet videlicet
dominum salvatorem in integ-
ritate nature humane et for-
me servilis quam pro nobis
suscepit Et figura est in
eo quod exterius sensibus
exhibet Unde consecracio ex-
terior pertinet ad sacra exterio-
ra // Tercius est laudum
divinarum audibilis resona-
tio // Quartus est ministrorum
ornatus exterior // Quintus
est ipsius templi apparatus

Sextus est signorum seu
campanarum pulsacio // Sep-
timus est expiacio exterior
et aque benedicte aspersio
Horum ergo sacrorum exteriorum
veritas sunt sacra interiora
Interior enim processus quo de
virtute in virtutem proceditur
quo et venienti sponso
cum debito ornatu et appa-
ratu occurritur vel in melio-
ra et sublimiora proficitur
Veritas est processionis illius
exterioris et illa figura
istius Non potest autem dubitari
quin ista processio interior et
salutaris sit et commendabilis
est propter hoc non solum de-
cens et expediens ut vel-
ut competenti figura et
similitudine convenientissima
modo significetur Cum non
nisi per expressas similitudines
ad spiritualia intelligenda
communitas vulgi possit pertingere
Nisi enim cognita non dili-
gentur et nisi dilecta non
quererentur et nisi quesita
non invenirentur ab adultis
Indoctis igitur est ad eru-
dicionem et doctrina ista pro-
cessio exterior // Doctis autem
magna provocacio et mag-
num incitamentum ad pro-
fectum et processum in-
teriorem Ipsi enim legunt
in ipso ordine ornatu et apparatu

processionem qualiter et in-
cipiendum sit eis et pro-
grediendum et in celestem
ecclesiam intrandum et ad
celestem mensam hoc est
eterne refectionis sacietate
intrandum presens (?) sacra-
mentum altaris eterne sacietatis
mensa acquiritur et signatur
Et est ista meditatio et
significatio valde dulcis
et iocunda spem bonorum
istorum habentibus Non
solum autem iocundum
sed etiam salutare est
sepe reputare simplicibus //
Quare obviam itur ve-
tus regi pariter et iudici
et qualiter obviam ei
eundum est processionaliter cum
apparatu qui in apparatu
processionali legitur et in-
telligitur et ab eodem
ducendi sunt triumpha-
li vexillo premio et in-
troducendi in illa celeste
aulam et domum non
manu factam Et ut ser-
mone de huiusmodi ab-
breviemus totum quod in
sacris exterioribus est figura
est et reputatio convenien-
tissima veritatis et que
in nobis esse debet nunc
et que in futuro nobis

promittitur et obtinenda spe-
ratur totus apparatus pallio-
rum sericorum et sacrorum vestimen-
torum decorem quo hic inte-
rius fulgere debemus hoc est de-
corem virtutum et gratiarum
et decorem glorie quo in
futuro seculo decorandi su-
mus et lucide et valde uti-
liter reputat Sic splen-
dor luminarium et intrin-
secus splendorem et futurum
glorie fulgorem Sic pul-
satio campanarum et sonitus
doctrine et predicationis vo-
ces Sic aspersio illa qua
diuinus aque sanctitate in-
gres et cottidianas expia-
tiones et nouissimam per
quam omnis macula et
ruga tolletur a tota ecclesia
dei que in sacra scriptura
commixtio nouissima in-
stitue per quam nichil culpe
nichil pene remanet in
electis designat ac re-
putat intelligentibus
Sic sacra communio exterior
et interiorem communionem atque
refectionem hic prestat
et eterne refectionis commu-
nionem pariter et refectionem
euidenti similitudine re-
putat Sic iugis laudum
diuinarum resonantia perpetue
iocunditatis cantandas in
gloria sanctorum in futuro can-
tandas Et hic intimas

considerationes vide valenti
bus evidenter constat et
ut abbreviemus sermonem
istum quia manifestum
est sacra exteriora que utique
signa sunt interiorum absque
veritate esse non posse pre-
desse inquam ad hoc ut
sacrent vel sancti ficent
celebrantes Sacrorum autem
interiorum nulla est veritas
preter eam quam diximus
Manifestum est sacrorum
exteriorum quorumcumque non esse
virtutem sacrandi vel sancti
ficandi // Verumtamen quidruplex
est utilitas eorum prima
est eruditio ad sacra spiri
tualia et hanc per expressam
reputacionem eorum faciunt
in rudibus et indoctis //
Secunda est rememoratio eorundem
perquam etiam docti de amo
re eorum et augentur et ro
borantur // Tercia est inci
tacio et provocacio intuencium
exteriora ad amorem et de
siderium interiorum sacrorum
tamquam exteriora impetratoria
sunt / Hoc autem est per hoc quod
cultus dei altissimi sunt
Quarta autem est rememoracio
beneficiorum dei aut aliorum
mirabilium Sicut apud he
breos festum thabernaculorum
in rememoracionem quod in tha
bernaculis habitare quondam
fecit deus tribus israhel
et festum phase in remem-

oracionem eorundem de egip
tia servitute Apud nos quoque
similia multa invenimus
in sacris nostris Qualis
est reputacio dominice resur-
rectionis et sanctarum mu-
lierum collocucio ac sollici
tudo ungendi eum aroma
tibus Qualis est reputa
cio gestorum que apparent
in picturis et sculpturis
ecclesiarum nostrarum Omnia igitur
nulla sacra istas utili-
tates habent nisi nostra /
Et propter has utilitates
omnia sacra instituenda
sunt Manifestum est
nulla debent esse sacra
preter hec Nulla enim sunt
vel fuerunt que adeo
intelligibiliter erudiant in
doctis sacra interiora que
doctis tantam rememora
cionem faciant eorundem
Que adeo incitent et pro
vocent ad amorem interiorum
sacrorum // Nulla sunt vel
fuerunt quibus adeo honoretur
deus altissimus nulla sunt
vel esse possunt in quibus dei
mirabilia ita evidenter
legantur Et qualiter ulla
sunt que istas utilitates
quoque habeant Ergo nulla
sunt digna nomine sacrorum
preter hec Omnibus enim libris
evidentius ornatus noster
interior et apparatus qui est
virtutum et gratiarum ita
evidenter describi potest sicut

ornatu luminarium et apparatu
palliorum sericorum appensis te-
mpli parietibus et sacris al-
taribus circumdatis. Orna
affluencia sermonum qua
disertitudine uel eloque-
ncia adeo suaderi potest spec-
tantibus qualiter in dei tem-
plum ornari et apparari con-
veniet. Orna inspectione huiusmodi
ornatus et totius templi
visibilis apparatu eorum libri
excogitari potuerunt quibus
adeo congruenter ruditati
sue adeo quod lucide doceri
posset ullus indoctus de
templo interno et spirituali quod
esse debemus et de commu-
nis apparatu. Orna via
adeo convenienter condi ho-
minibus potuit quales in
dei misterijs eos esse op-
teat et qualiter se habere
in sacris vestibus atque ge-
staculis sive reliquiarum
sive sacrorum vasorum sive
impressionibus sive in alijs
sacris // Amplius orna
verus dei cultus comptior
scilicet necessario est summe
veneracionis comptior ob-
sequij et non videntur ob-
sequium veneracionis compti-
oribus comparandum sunt quo
utitur religio christiana. Ergo
non est alius cultus dei com-
ptior alia latria quam hec
// Amplius iusto cultu

et in hijs sacris non solum
speciosissima sensibus oculorum
et aurium adhibentur sed et
preciosissima ut aurum et
argentum et lapides pre-
ciosi. Quare summus decor
comptior necessario est in hijs
et summus decor intior sibi
est ei // Quare iste cultus
summi decoris est proxima et
ideo summo deo summe dig-
nus. Manifestum etiam est
ipso sensu nec negare
potest nisi qui negat nivem
esse albam non esse nec un-
quam fuisse cultum perfec-
tioris decoris preter istum quo
deus honoratur in sola ec-
clesia christiana. Et si eius
cultus hebreorum aliquid
decoris habuit modicum
illud et initiale solum mo-
dicum fuit / Ideo cum hec dixi
sensu manifesta sunt
ut quicumque vident deco-
rem domus domini comptiorem
apud nos ipsum incredibi-
liter admirentur et corde
confiteantur cultum istum
non esse inventum humani
artificij sed divine revela-
tionis et celestis magistri
documento // Cultum autem
istum componere per singula et
decorem istum interpretari
declamatorie et per plures
exhortacionis et pro suppo-
situm presentis negocij. Et hic

quidem finem faciemus par
tis tractatus Si in aliquibus
debitum promissionis expl
(e)uimus divine gratie hoc attri
buentes Inquibuscumque at
minus fecimus nostris hoc
defectibus imputantes
Completus est tractatus
quintus cum dei laude et
eius adiutorio etc etc

Expliciat liber primus
cuiusdam finitus feria
quarta ante octavam
corporis domini nostri
ihesu cristi Anno domini
Millessimo quadringen
tessimo decimo nono etc

Augustinus Magna una dei
gratia dat donum equale
sibi Sicut enim spiritus humanus
dat corpori sensum motum
visum et statum Sic divinus
spiritus dat homini sensum ca
ritatis non carnalitatis
motum sanctitatis non fedi
tatis / visum veritatis non
vanitatis / statum firmitatis
non instabilitatis dat enim
caritatem in corde sinceritatem
in ope(re) / veritatem in ore / vir
tutem in estimacione hec ille

Iste liber | constatus est p[ro] [illegible] | [illegible] p[ro] [illegible] de septima. [illegible] p[ro] papiro et [illegible] p[ro] ligno

[illegible] christi venerabilis [illegible]
[illegible]las Johannis de Limon[illegible]
[illegible] de [illegible]



150a

Anno a nativitate

[illegible] de [illegible]

[illegible] septembris [illegible]

[illegible] honorabilis

de Bonna [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

dem facta xiiii februarii
las Johannis de Limon
alis de tugali

